4.4 uertat: uertit V conuertit C · quod: quoque J · de Caesare Lβ: de C. Z decens *cell.* · maiore: maior Z maiori *cell.* · 5 dictatum: dictum Z · dictatum est *om.* HN · a *om.* β · a Tito: Atico N · 6 an non nasci *om.* HNβ · reipublicae profuerit: ex re publica fuerit Z · 8 repensari: pensari N · 5.1 natura: n. sua ABV² · 2 ille *om.* N · 3 exercendum: excedendum N · 4 esset: deesset L · nos *om.* QJ · 6 quaereremus: inquireremus β · 6.2 componit: oponit N compellit A²V Gercke · 3 petituri: perituri β · 4 humana *om.* B · 5 et *om.* Bβ · 7.2 nunc: non C¹ nam QJ · euaserimus: euassimus N euaserimur C¹ · 3 effugerimus: effugimus N · 5 inuolutos: uolutos N · et nimbis: ymber L · tonitribus: tonitruis β · 7 huius: in eius PLQJV in eis AB in huius W² in hoc C² · fessos *om.* β

perjuicio suyo. Ahora también puede decirse de los vientos lo que generalmente se ha dicho del Gran César y que ha sido recogido por Tito Livio: «que había dudas sobre si hubiera sido más beneficioso para el estado el que César naciera o el que no naciera». Hasta ese punto todo lo útil y necesario a que han dado origen no puede compensar las desdichas que la locura del género humano trama para su perdición. Pero no por ello dejan de ser buenos por naturaleza, por más que perjudiquen por culpa de quienes los utilizan mal. Sí, la providencia y el dios ordenador del mundo creó el aire para que los vientos lo pusieran en movimiento, y los distribuyó por todas partes para que la inacción absoluta no diese cabida a la aridez; no, no lo hizo para que llenáramos de soldados en armas unas flotas destinadas a ocupar parte del océano y buscáramos al enemigo en el mar o más allá del mar. ¿Qué locura nos sacude y nos pone en situación de destruirnos unos a otros? Desplegamos velas al viento para marchar a la guerra; corremos peligros en nombre del peligro; afrontamos una suerte incierta: la fuerza de tempestades que ningún recurso humano puede dominar, la muerte sin esperanza de sepultura. No se le daría tanto valor, si este accidentado camino nos llevase a la paz. Ahora bien, cuando hayamos esquivado tantos escollos ocultos y las asechanzas del mar engañoso, cuando hayamos escapado de los montes tormentosos en sus cimas, montes que cruzan los vientos para lanzarse sobre los navegantes, cuando hayamos escapado a los días envueltos en niebla y a las noches estremecidas por nubarrones y truenos, cuando lo hayamos hecho de los navíos desgarrados por los ciclones, ¿cuál será el fruto de tal fatiga y miedo, qué puerto nos aco-

excipiet? Bellum scilicet et obuius in litore hostis et trucidan-
 dae gentes tracturaeque magna ex parte uictorem et antiqua-
 8 rum urbium flamma. Quid in arma cogimus populos? Quid
 exercitus scribimus directuros aciem in mediis fluctibus? Quid
 maria inquietamus? Parum uidelicet ad mortes nostras terra
 late patet; nimis delicate fortuna nos tractat; nimis dura dedit
 nobis corpora, felicem ualetudinem; non depopulatur nos
 casus incurrens; emetiri cuique annos suos ex commodo licet
 et ad senectutem decurrere! Itaque eamus in pelagus et uoce-
 mus in nos fata cessantia.

9 Miseri, quid quaeritis mortem, quae ubique superest?
 Petet illa uos et ex lectulo. Sed innocentes petat! Occupabit
 uos in uestra domo. Sed occupet nullum molientes malum!
 Hoc uero quid aliud quis dixerit quam insaniam, circumferre
 pericula et ruere in ignotos, iratum sine iniuria occurrentia
 deuastantem, ac ferarum more occidere quem non oderis?
 Illis tamen in ultionem aut ex fame morsus est; nos sine ulla
 parsimonia nostri alienique sanguinis mouemus manum et
 nauigia deducimus, salutem committimus fluctibus, secundos
 10 optamus uentos, quorum felicitas est ad bella perferri. Quous-
 que nos mala nostra rapuerunt? Parum est intra orbem suum
 furere. Sic Persarum rex stolidissimus in Graeciam traiciet,

7.8 hostis *om.* QJ¹ · 8.1 cogimus: colligimus C¹ · 3 inquietamus: inqueramus
 QJ¹ · terra *om.* V · 6 casus: cursus QJ¹ · cuique: c. omnes W¹ · annos:
 animos D¹C¹ · 9.2 Petet: patet W¹ · uos: nos LNQJ¹AB · sed: s. ubique
 α s. non DC¹ · 3 uos: nos NQJαM · uestra: nostra NQJαM · 4 in-
 saniam: insania CM i. quam α · 5 iratum: initium Nβ initum C² · 7 ulla
om. DC · 8 manum: malum β · 10.2 nos: n. malos β *om.* L · 3 traiciet
Haase Gercke: traicit codd. pler. transiecit N transiet(?) V

gerá agotados por tantas desgracias? Ya se sabe: la guerra y el enemigo que espera en la orilla, pueblos que hay que asesinar y que arrastrarán tras sí a gran parte de los vencedores, el incendio de antiguas ciudades. ¿Por qué obligamos a los pueblos a tomar las armas? ¿Por qué alistamos ejércitos que deben formar para la lucha en medio del oleaje? ¿Por qué no dejamos en paz el mar? Bien se ve que la tierra tiene poca extensión para nuestras matanzas. Con excesiva delicadeza nos trata la fortuna: nos concedió cuerpos resistentes, una salud feliz, los accidentes que nos sobrevienen no nos destrozan, a todo el mundo le es posible hacer el recorrido de su vida y dejarse llevar a la vejez según le parece. En consecuencia marchemos al mar y atraigamos sobre nosotros un destino que tarda en llegar. Desdichados, ¿por qué buscáis la muerte que se encuentra en todas partes? Ella os arrancará incluso del lecho, pero que os arranque en estado de inocencia. Os sorprenderá en vuestra casa, pero que no os sorprenda mientras tramáis una mala acción. ¿Alguien podría decir que no es una locura merodear el peligro, el lanzarse sobre gentes desconocidas con la intención de devastar, en un furor irracional, todo lo que le venga al paso, el matar a quien no odias tal como hacen las bestias? Éstas, al menos, atacan a mordiscos en venganza o por hambre; nosotros, sin escatimar nuestra sangre ni la ajena, aprestamos nuestras fuerzas y fletamos navíos, confiamos nuestra vida a las olas, deseamos vientos favorables cuyo beneficio consiste en llevarnos a la guerra. ¿Hasta dónde nos arrastrarán nuestras desgracias? Es poco enloquecer dentro del propio mundo. Así, el más estúpido rey de los persas pasará a Grecia, a la que su ejército no podrá

quam exercitus non uincet, cum impleuerit. Sic Alexander ulterior Bactris et Indis uolet quaeretque quid sit ultra magnum mare et indignabitur esse aliquid ultimum sibi. Sic Cras- sum auaritia Parthis dabit; non horrebit reuocantis diras tri- buni, non tempestates longissimi maris, non circa Euphratem praesaga fulmina et deos resistentes: per hominum et deorum iras ad aurum ibitur.

11 Ergo non immerito quis dixerit rerum naturam melius acturam fuisse nobiscum, si uentos flare uetuisset et inhibito discursu furentium in sua quemque terra stare iussisset. Si nihil aliud, certe suo quisque tantum ac suorum malo nasce- retur. Nunc parum mihi domestica, externis quoque laboran-
12 dum est. Nulla terra tam longe remota est quae non emittere aliquod suum malum possit. Vnde scio an nunc aliquis magnae gentis in abdito dominus, fortunae indulgentia tumens, non contineat intra terminos arma, an paret classes ignota moliens? Vnde scio hic mihi an ille uentus bellum inuehat? Magna pars erat pacis humanae maria praecludi.

13 Non tamen, ut paulo ante dicebam, queri possumus de auctore nostri deo, si beneficia eius corrupimus et ut essent

10.4 uincet: uicit AB · 5 et: etiam N · quaeretque: quaerere β · 6 Cras- sum: cursum Nα · 7 horrebit: horrebis LQJ horrebat β · diras: minas Z · 9 hominum: h. manum α · 10 iras: minas Z i. et N · ad aurum om. α · aurum: auras L · 11.1 immerito: merito L · 2 fuisse: sibi facisse N¹ · inhi- bito: in alto β · 3 discursu: decursu N · in sua om. AV · quemque: om. A quoque L · terra stare: tractare N · terra om. β · 12.2 emittere ali- quod: remittere aliquem L · 3 dominus: domus ND² · 4 contineat: continet WM · moliens: cupiens Z · 5 scio om. L · inuehat *Koeler Madv.*: inuehit N inuehet *cett.* · 6 pacis: paucis QJ · 13.2 nostri: nostro Nα · corrupimus D *Haase Gercke*: corripimus M corrumppimus *cett.* · ut om. QJ

vencer aunque la haya ocupado. Así, Alejandro querrá ir más allá de los bactrios y los indios, buscará qué hay al otro lado del gran mar y se indignará al encontrar un límite. Así, la avaricia entregará Craso a los Partos, no se horrorizará ante los malos augurios del tribuno que lo retiene, ni ante las tormentas de un mar interminable, ni ante los rayos cargados de presagios en los alrededores del Éufrates, ni ante los dioses que se oponen. Marchará en busca del oro pasando por encima de la ira de los hombres y de los dioses ¹.

Por tanto se podría decir, y no sin razón, que la naturaleza 11
se habría portado mejor con nosotros, si no hubiese permitido
que los vientos soplasen e, impidiendo las correrías de los hom-
bres enloquecidos, hubiese ordenado que cada cual se man-
tuviese en su país. Aunque no fuera nada más, por lo menos
cada cual nacería solamente para perjuicio suyo y de los suyos.
Ahora bien, poco son para mí las desgracias domésticas, hay
que sufrir también las ajenas. ¡Ninguna región de la tierra 12
está tan alejada que no pueda producir su propia desgracia
particular! ¿Cómo voy a saber si algún señor de un poderoso
pueblo, en secreto, ensoberbecido por la benevolencia de la
fortuna, no acumula armas en su territorio o prepara sus flotas,
mientras maquina planes desconocidos? ¿Cómo voy a saber si
este viento o aquél me trae la guerra? Gran aportación a la
paz humana sería que se cerraran los mares. Sin embargo, como 13
decía un poco antes, no podemos quejarnos de dios, nuestro
creador, porque hayamos estropeado sus beneficios y hayamos

¹ Los tres casos parecen tomados de las recopilaciones de *exempla* del tipo de las de Valerio Máximo. De hecho, la digresión dedicada a la *avaritia* introduce una serie de ejemplificaciones que inductivamente llevan a las consecuencias obtenidas por un razonamiento sistemático.

contraria effecimus. Dedit ille uentos ad custodiendam caeli
 terrarumque temperiem, ad euocandas supprimendasque aquas,
 ad alendos satorum atque arborum fructus, quos ad maturita-
 tem, cum aliis causis, adducit ipsa iactatio attrahens cibum
 14 in summa et ne torpeant permouens. Dedit uentos ad ulteriora
 noscenda. Fuisset enim imperitum animal et sine magna expe-
 rientia rerum homo, si circumscriberetur natalis soli fine. Dedit
 uentos, ut commoda cuiusque regionis fierent communia non
 ut legiones equitemque gestarent nec ut perniciosa gentium
 15 arma transueherent. Si beneficia naturae utentium prauitate
 perpendimus, nihil non nostro malo accepimus. Cui uidere
 expedit? cui loqui? cui non uita tormentum est? Nihil inue-
 nies tam manifestae utilitatis quod non in contrarium transeat
 culpa. Sic uentos quoque natura bono futuros inuenerat; ipsi
 16 illos contrarios fecimus. Omnes in aliquod nos malum ducunt.
 Non eadem est his et illis causa soluendi, sed iusta nulli. Di-
 uersis enim irritamentis ad temptandum mare impellimur;
 utique alicui uitio nauigatur. Egregie Plato dicit, qui nobis
 circa exitum iam testium loco dandus est, minima esse quae
 homines emant uita. Immo, Lucili carissime, si bene illorum
 furorem aestimaueris, — id est nostrum, in eadem enim turba
 uolutamur, — magis ridebis, cum cogitaueris uitae parari in
 quae uita consumitur.

13.3 effecimus M² *Fickert Gercke*: efficiamus β efficimus *cett.* · uentos: u. ad cus-
 todiam uel L · 4 temperiem: t. et PLNQJα · aquas: a. et N · 5 satorum:
 segetum α segetes N · 14.1 dedit — 3 fine *om.* W · 2 noscenda: nocenda
 N · 4 non *om.* W¹CM¹ · 5 gentium: ciuium Nα · 15.2 accepimus: acce-
 perimus WCM · 5 bono HZPL: bonos *cett.* · inuenerat: inueniant N in-
 uenit BV · 16.3 marc *Pinc.*: ire *codd.* · 4 utique ZN: ubique L utque HPQJ
 itaque β · 5 exitum: exitium WD¹M · 8 uolutamur: uolutamus N · cum:
 et L · uitae: in te N · parari: p. ea α · 9 quae: qua QJβ quibus α ·
 consumitur: c. Explicit liber quartus β c. Explicit liber secundus L

logrado que sean perjudiciales. Él nos dio los vientos para salvaguardar el equilibrio climatológico del cielo y la tierra, para suscitar y suprimir las aguas, para alimentar los frutos de los campos y de los árboles: entre otras causas los hace madurar esa agitación propia del viento, que atrae hacia lo alto el alimento y lo hace circular para que no se marchite. Nos 14 dio los vientos para que conociéramos lo que hay más allá. En efecto, el hombre hubiese sido un animal ignorante y sin gran experiencia si estuviera circunscrito a los límites de su suelo natal. Nos dio los vientos para que las ventajas de cada región fueran comunes a todos, no para conducir legiones y caballería, ni para transportar las armas nocivas de los pueblos. Si valoramos los beneficios de la naturaleza, basándonos en la 15 maldad de quienes los disfrutan, no hemos recibido nada que no sea para desgracia nuestra. ¿A quién sirve el ver? ¿A quién el hablar? ¿A quién no atormenta la vida? No encontrarás nada tan útil que la culpa no lo transforme en contrario. Así, la naturaleza también ha creado los vientos para nuestro bien; nosotros, sí, nosotros los hicimos enemigos. Todos nos condu- 16 cen a la desgracia. Unos y otros no tienen las mismas razones para soltar amarras, pero no son justas las de nadie. En efecto, nos vemos empujados a tantear el mar por distintos estímulos: de todos modos se navega para satisfacer un vicio cualquiera. Dice con gran altura Platón, al que hay que citar, en trance de terminar, como testigo, que es insignificante lo que el hombre adquiere a costa de su vida. Más aún, queridísimo Lucilio, si has llegado a apreciar en lo justo su locura —es decir, la nuestra, pues nos debatimos en el mismo montón—, te reirás cuando pienses que procuramos a la vida aquello en cuya búsqueda consumimos la vida ¹.

¹ Cf. SEN., *De breuit. uitae* 9, 1: *Impendio uitae uitam instruunt.*

LIBER SEXTVS

[LIBER SEXTVS]
LIBER QVINTVS

DE TERRAE MOTV

1 Pompeios, celebrem Campaniae urbem, in quam ab altera parte Surrentinum Stabianumque litus, ab altera Herculanense conueniunt et mare ex aperto reductum amoeno sinu cingunt, consedissee terrae motu, uexatis quaecumque adiacebant regionibus, Lucili, uirorum optime, audiuius, et quidem hibernis diebus, quos uacare a tali periculo maiores nostri
2 solebant promittere. Nonis Februariis hic fuit motus [Regulo et Verginio consulibus] qui Campaniam, numquam securam huius mali, indemnem tamen et totiens defunctam metu, magna strage uastauit. Nam et Herculaneensis oppidi pars ruit dubie-

Incipit liber (*om.* DCM) quintus HZVβ Incipit libet tertius PLN^aQ · de terrae motu HZPL de motu terrae et causis motus β

1 1.1 celebrem: celebrant L · 3 et *om.* β · cingunt: cingit β · 4 consedissee: desedissee α cum se dedisse N · adiacebant: adicebant L · 2.1 Februariis: february β · Regulo — 2 consulibus *seclusi* · 3 totiens: totius L · metu: m. toto Z

[LIBRO SEXTO]

LIBRO QUINTO

Tenemos noticias de que Pompeya, populosa ciudad de Campania en la que confluye por un lado el litoral de Sorrento y Stabies¹, por otro el de Herculano, que ciñendo el mar abierto la transforman en plácido golfo, se ha venido abajo por un terremoto, así como todas las zonas lindantes a las regiones afectadas, mi buen amigo Lucilio; precisamente en época de invierno, época que nuestros antepasados solían asegurar que estaba libre de tal peligro². Tuvo lugar el terremoto en las nonas de febrero, [bajo el consulado de Régulo y Virginio]³, y asoló, con sus catastróficas secuelas, la Campania, nunca libre de este azote aunque indemne y libre de miedo tanto tiempo. Pues se desplomó también parte de la ciudad

¹ Actualmente Castellamare di Stabia.

² ARIST., *Meteor.* 366b, 2 los localiza sobre todo en primavera y otoño, porque los hace incompatibles con la excesiva sequedad (verano) o excesivo frío (invierno).

³ El consulado de *C. Memmius Regulus* y *L. Verginius Rufus* es del año 63. Sin embargo Tácito, *Ann.* 15, 22, 5, sitúa en el 62 el terremoto a que hace alusión Séneca. Por otro lado Séneca, VI 1, 13, habla de un terremoto que en el 61 afectó a Acaya y Macedonia, colocándolo *anno priore*. Pueden entenderse los nombres de los cónsules como una glosa posterior, ya que no es usual mencionar los nombres de los cónsules del año en curso. Sobre el problema, véase la introducción, p. X. De la personalidad literaria de *L. Verginius Rufus* habla Plinio el Joven en *Ep.* 5, 3, 5 y 2, 12.

que stant etiam quae relictæ sunt, et Nucerinorum colonia,
 ut sine clade, ita non sine querela est. Neapolis quoque priua-
 tim multa, publice nihil amisit leuiter ingenti malo perstricta;
 3 uillae uero prorutæ, passim sine iniuria tremuere. Adiciuntur
 his illa: sexcentarum ouium gregem exanimatum et diuisas
 statuas, motæ post hoc mentis aliquos atque impotentes sui
 errasse. Quorum ut causas excutiamus, et propositi operis con-
 4 textus exigit et ipse in hoc tempus congruens casus. Quaerenda
 sunt trepidis solacia et demendus ingens timor. Quid enim cui-
 quam satis tutum uideri potest, si mundus ipse concutitur et
 partes eius solidissimæ labant? Si quod unum immobile est
 in illo fixumque, ut cuncta in se intenta sustineat, fluctuatur;
 si quod proprium habet terra perdidit, stare, ubi tandem
 resident metus nostri? Quod corpora receptaculum inuenient,
 quo sollicita confugient, si ab imo metus nascitur et funditus
 5 trahitur? Consternatio omnium est, ubi tecta crepuerunt et
 ruina signum dedit. Tunc praeceps quisque se proripit et pe-

2.6 ita *post* est N · ita: tamen QJ¹ · non *om.* DC¹M · 7 leuiter: leniter
 ZQJWD · 8 uero: u. quoque HDCM² u. multifariam Z · sine *om.* L ·
 3.1 Adiciuntur: adicitur L · 2 diuisas: diuersas NLW¹ · 4 excutiamus:
 discutiamus α · 4.2 solacia: remedia α · demendus: deinde N · 4 labant
om. L · 5 fluctuatur: fluctuat αβ · 7 Quod: quo N · 8 confugient: effu-
 gient N fugient QJ · 5.2 praeceps: preces L princeps QJ

de Herculano, e incluso los edificios que han quedado a duras penas se mantienen en pie; la colonia de Nuceria ¹, aunque sin desastres, no deja de tener motivos de queja. Nápoles también ha sufrido muchas pérdidas entre los particulares, el municipio ninguna, al ser alcanzada ligeramente por la enorme desgracia: se han derrumbado «uillae», en muchos puntos han sufrido el temblor sin consecuencias. Se añade a esto lo siguiente: que un rebaño de seiscientas ovejas ha muerto, que las estatuas se han partido ²; después de esto, que gente con la mente perturbada e incapaz de dominarse se ha puesto a andar sin rumbo. Que analicemos las causas de lo anterior es lo que exige la estructura de la obra proyectada y el suceso mismo, que ha venido a coincidir con este momento. Hay que buscar alivio a los pusilánimes y liberarlos de ese gran temor. En efecto, ¿en qué puede uno basar su sensación de seguridad, si el universo mismo sufre sacudidas y se desmoronan sus elementos más sólidos? Si vacila lo único que en él hay de inmóvil y fijo, capaz de sustentar todo lo que hacia él tiende; si la tierra ha perdido sus características propias: la estabilidad, ¿dónde por fin se calmarán nuestros temores? ¿Qué refugio encontrarán los cuerpos, a dónde escaparán abrumados, si el miedo nace de las profundidades y proviene de lo más hondo? La consternación es general cuando las casas han crujido y dado síntomas de derrumbamiento. Entonces cada cual se precipita fuera, sin pensar, abandona sus penates y confía en los

¹ Hoy Nocera.

² Estos últimos datos no guardan relación, en importancia, con los anteriores. Únicamente se concibe su inserción a un mismo nivel, considerando que como fenómenos son más incomprensibles que los anteriores, y el pánico por ellos desencadenado es semejante. Prueba de ello es el espacio que más adelante se les dedica: caps. 27-30.

- nates suos deserit ac se publico credit. Quam latebram prospicimus, quod auxilium, si orbis ipse ruinas agitatur, si hoc quod nos tuetur ac sustinet, supra quod urbes sitae sunt, quod fundamentum quidam orbis esse dixerunt, discedit ac titubat?
- 6 Quid tibi esse non dico auxilii sed solacii potest, ubi timor fugam perdidit? Quid est, inquam, satis munitum, quid ad tutelam alterius ac sui firmum? Hostem muro repellam, et praeruptae altitudinis castella uel magnos exercitus difficultate aditus morabuntur; a tempestate nos uindicat portus; nimborum uim effusam et sine fine cadentes aquas tecta propellunt; fugientes non sequitur incendium; aduersus tonitruum et minas caeli subterraneae domus et defossi in altum specus remedia sunt — ignis ille caelestis non transuerberat terram, sed exiguo eius obiectu retunditur —; in pestilentia mutare sedes licet;
- 7 nullum malum sine effugio est; numquam fulmina populos perusserunt; pestilens caelum exhausit urbes, non abstulit. Hoc malum latissime patet ineuitabile, auidum, publice noxium. Non enim domos solum aut familias aut urbes singulas haurit; gentes totas regionesque submergit, et modo ruinis operit, modo in altam uoraginem condit, ac ne id quidem relinquit ex quo appareat quod non est saltem fuisse, sed supra nobilissimas urbes sine ullo uestigio prioris habitus solum extenditur.
- 8 Nec desunt qui hoc genus mortis magis timeant quo in

5.4 ruinas: rimas Z · agitatur PLN: agitet *cett.* · si² *om.* Z · 5 ac sustinet *om.* Z · quod²: quam QJ · 6 quidam orbis: quibus L · orbis: mundi Z · esse *om.* H · 6.1 tibi: ibi α · non: nunc L · ubi: ut N · 2 fugam: fugato N · 3 firmum: f. nec L · 6 propellunt: repellunt Nα · 7 tonitruum: tonitrua β · 8 defossi: *om.* HPLNQJDCM acti Z · 10 retunditur: reconditur M · 7.4 aut¹: ac N · 5 submergit: submersit N subuertit α · 6 altam: alteram αW¹ · uoraginem: regionem α · ac: at β ad L · 7 appareat: apparet β · saltem *om.* V · 8.1 qui: quid Q · genus: generis L

lugares públicos. ¿Hacia qué escondite tendemos la mirada, hacia qué auxilio, si el propio orbe amenaza ruina; si lo que nos protege y sostiene, sobre lo que se asientan las ciudades —lo que algunos dijeron que eran los cimientos del orbe—, se entreabre y vacila? ¿Qué alivio, por no decir qué ayuda, 6 puede haber para ti cuando ya no hay escape para el temor? ¿Qué es, sigo diciendo, lo bastante seguro, qué es lo firme para salvaguarda del prójimo y de uno mismo? Rechazaré al enemigo con un muro, y fortines cortados a pico con su dificultad de acceso retardarán incluso grandes ejércitos; el puerto nos protege de la tormenta; las casas techadas echan fuera la fuerza desencadenada de los nubarrones y las aguas que caen sin fin; el fuego no sigue a los que huyen; frente al trueno y a las amenazas atmosféricas el remedio son los refugios subterráneos y las cavernas excavadas a gran profundidad¹ —el fuego celeste no penetra la corteza terrestre, rebota contra ese pequeño obstáculo—; en período de peste cabe el cambiar de residencia. Ninguna desgracia deja de tener escapatoria. Nunca 7 los rayos consumieron pueblos; la atmósfera malsana dejó desiertas las ciudades, no las hizo desaparecer. Esta desgracia abarca un radio de acción inmenso, es inevitable, dañina para todos. En efecto, no sólo se traga casas, familias o ciudades aisladas, hunde pueblos y regiones enteras: bien las cubre de ruinas, bien las entierra en un abismo profundo; y ni siquiera deja algo para mostrar que, por lo menos, lo que no existe existió, sino que el suelo se extiende por encima de ciudades muy conocidas, sin dejar rastro alguno de su apariencia anterior. Y no falta quienes teman más ese tipo de 8

¹ Cf. SVET., *Aug.* 90 y PLIN. 2, 146. Dice este último: *...umquam quinque altius pedibus descendit in terram. Ideo pauidi altiores specus tutissimos putant.*

abruptum cum sedibus suis eunt et e uiuorum numero uiui auferuntur, tamquam non omne fatum ad eundem terminum ueniat. Hoc habet inter cetera iustitiae suae natura praecipuum quod, cum ad exitum uentum est, omnes in aequo sumus. Nihil itaque interest utrum me lapis unus elidat, an monte toto premar; utrum supra me domus unius onus ueniat et sub exiguo eius cumulo ac puluere expirem, an totus caput meum terrarum orbis abscondat; in luce hunc et in aperto spiritum reddam an in uasto terrarum dehiscentium sinu; solus in illud profundum an cum magno comitatu populorum concadentium ferar. Nihil interest mea quantus circa mortem meam tumultus sit. Ipsa ubique tantundem est.

10 Proinde magnum sumamus animum aduersus istam cladem quae nec euitari nec prouideri potest, desinamusque audire istos qui Campaniae renuntiauerunt quique post hunc casum emigrauerunt negantque ipsos umquam in illam regionem accessuros. Quis enim illis promittit melioribus fundamentis hoc aut illud solum stare? Omnia eiusdem sortis sunt et, si nondum mota, tamen mobilia. Hunc fortasse in quo securius consistitis locum haec nox aut hic ante noctem dies scindet. Vnde scias an melior eorum locorum condicio sit in quibus iam uires suas fortuna consumpsit et quae in futurum
12 ruina sua fulta sunt? Erramus enim, si ullam terrarum partem

8.2 abruptum: abrupto β · 3 fatum: factum QJDC¹ · 4 natura: munera α · 5 omnes *om.* BV · 9.2 premar: premat NC¹ · unius: unum PL · 3 et: sed N · cumulo: tumulo BC³ *Gercke* · totus: totum QJ · 4 luce: lucem NM · hunc *om.* L · 5 terrarum: t. toto N · 6 concadentium: cadentium Z congaudentium α · 8 tantundem: tantum N · 10.2 -que *om.* β · 4 emigrauerunt: emigrauere H · ipsos: se ipsos α · in *om.* N · illam: ipsam L β · 6 illud: illum QJ¹ · 11.2 et: etiam HZPQJWC² · 3 securius: securus Z *om.* AV · 4 scindet: scindent M sancti det Q · scias: scies W² scis α · an: an non *Haase Gercke* · 6 fulta: tuta L · sunt: est PL · 12.1 partem — 6 terrarum N^{mg}

muerte con el que marchan al abismo acompañados de su morada y con el que se les elimina, en vida, del mundo de los vivos. Como si todo destino no condujese al mismo fin. Ahí principalmente reside la justicia de la naturaleza, entre otras muchas cosas: en que, cuando se ha llegado al final, todos estamos en igualdad de condiciones. Por tanto, no hay diferencia 9 entre que una piedra me hiera gravemente o que un monte entero me aplaste; entre que se me venga encima el peso de una sola casa y muera bajo ese escaso montón de polvo, o que el orbe terrestre entero oculte mi cabeza; entre que rinda el último suspiro a plena luz y al aire libre, o en el amplio repliegue que forman las tierras al entreabrirse; entre que me vea arrastrado solo a las profundidades, o con el gran cortejo de la gente que cayó conmigo. Nada me importa la magnitud del alboroto que haya en torno a mi muerte. En todas partes es idéntica a sí misma. Por ello revistámonos de 10 valor frente a esta catástrofe que no puede evitarse ni preverse, y dejemos de prestar oídos a los que renunciaron a la Campania, a los que, después de este accidente, emigraron y dicen que, lo que es ellos, no piensan acercarse nunca a aquella zona. En efecto, ¿quién les asegura que éste o aquel suelo se apoya sobre cimientos más sólidos? Todos son del mismo tipo y, aun- 11 que todavía no se hayan conmovido, son conmovibles. Quizá ese lugar que habitáis con tanta seguridad se abrirá esta noche u hoy mismo antes de llegar la noche. ¿Cómo se puede saber que no es mejor la situación de los lugares en que la fortuna ya ha agotado sus fuerzas, lugares que, en adelante, encuentran apoyo sobre sus ruinas? En efecto, estamos equivo- 12 cados si creemos que algún lugar de la tierra está excluido y es

exceptam immunemque ab hoc periculo credimus. Omnes sub eadem iacent lege; nihil ita ut immobile esset natura concepit; alia temporibus aliis cadunt et, quemadmodum in urbibus magnis nunc haec domus nunc illa suspenditur, ita in
 13 hoc orbe terrarum nunc haec pars facit uitium nunc illa. Tyros aliquando infamis ruinis fuit; Asia duodecim urbes simul perdidit; anno priore Achaiam et Macedoniam, quaecumque est ista uis mali quae incurrit nunc Campaniam, laesit. Circumit fatum et, si quid diu praeterit, repetit. Quaedam rarius sollicitat, saepius quaedam; nihil immune esse et innoxium
 14 sinit. Non homines tantum, qui breuis et caduca res nascimur, urbes oraeque terrarum et litora et ipsum mare in seruitutem fati uenit. Nos tamen nobis permansura promittimus bona fortunae, et felicitatem, cuius ex omnibus rebus humanis uelocissima est leuitas, habituram in aliquo pondus ac moram credimus.
 15 Et perpetua sibi omnia promittentibus in mentem non uenit id ipsum supra quod stamus stabile non esse. Neque enim Campaniae istud aut Achaiae sed omnis soli uitium est, male cohaerere et ex causis pluribus solui et summa manere, partibus ruere.

2 Quid ago? Solacium aduersus pericula rara promiseram. Ecce undique timenda denuntio. Nego quicquam esse quietis

12.2 exceptam *om.* α · -que *om.* α · 5 nunc haec domus *om.* QJ¹ · 13.2 simul *om.* L · 3 Achaiam et Macedoniam *Fortun. Gercke:* in Achaia et Macedonia *codd.* · 4 ista *om.* PL · laesit: laedit β · Circumit: circum id Q circuit Nαβ · 5 si quid: quicquid W¹M · praeterit: poterit N · Quaedam: quidam L¹ quorundam Q · 14.1 qui NE: quae *cett.* · nascimur: nascitur Z nascitur sed α · 3 uenit: ueniunt α · nos: non I. · tamen: tantum Z · 5 habituram: habitum N · ac: et L *om.* αDC · 15.3 enim *om.* α · istud *om.* AB · uitium: u. hoc NAB · 4 solui: resolui Nα

2 1.1 ago: ergo α · rara: dare β

inmune a tal peligro. Todos están sometidos a la misma ley: la naturaleza no engendró nada que estuviera inmóvil, cada cosa cae en su momento y, del mismo modo que en las grandes ciudades amenaza ruina ahora una casa, después otra, así en el orbe terrestre ahora falla una parte, después otra. En un tiempo Tiro gozó de mala fama por sus derrumbamientos; Asia perdió doce ciudades a un tiempo ¹; el año pasado recayó sobre Macedonia y Acaya la misma desgracia que ahora se abatió sobre Campania, cualquiera que ésta sea. El destino va dando vueltas y, si ha dejado algo de lado mucho tiempo, vuelve. A algunas regiones las inquieta raras veces, más a menudo a otras; no permite que nada quede inmune y sin daño. No sólo los hombres, entes efímeros y frágiles desde que nacemos, ciudades, costas, litorales, e incluso el mar quedan bajo la servidumbre del destino. Nosotros, sin embargo, queremos convencernos de que los bienes de la fortuna están destinados a perdurar, y creemos que la felicidad, que es —entre todas las cosas humanas— la más huidiza e inconstante, puede tener en algún caso peso y duración. Y a los que intentan vencerse de que todo es eterno no se les ocurre pensar que ni siquiera el sitio, sobre el que nos apoyamos, es estable. En efecto, el tener poca cohesión y disgregarse por múltiples causas, el conservarse en conjunto y desmoronarse parcialmente no es un defecto de Campania o de Acaya, sino de cualquier suelo.

¿Qué estoy haciendo? Había prometido un consuelo frente a peligros poco frecuentes y he aquí que descubro por todas

¹ La referencia nominal de las doce ciudades la tenemos en Tac., *Ann.* 2. 47.

aeternae; quod perire possit et perdere. Ego uero hoc ipsum solacii loco pono, et quidem ualentissimi, quando quidem sine remedio timor stultis est: ratio terrorem prudentibus excutit; 2 imperitis magna fit ex desperatione securitas. Hoc itaque generi humano dictum puta quod illis subita captiuitate inter ignes et hostem stupentibus dictum est:

Vna salus uictis nullam sperare salutem.

3 Si uultis nihil timere, cogitate omnia esse metuenda. Circumspicite quam leuibus causis discutiamur, — non cibus nobis, non umor, non uigilia, non somnus sine mensura quadam salubria sunt, — iam intellegetis nugatoria esse nos et imbecilla corpuscula, fluida, non magna molitione perdenda.

Sine dubio id unum periculi nobis est quod tremunt terrae, 4 quod subito dissipantur ac superposita deducunt! Magni se aestimat qui fulmina et motus terrarum hiatusque formidat. Vult ille imbecillitatis sibi suae conscius timere pituitam? Ita uidelicet nati sumus, tam felicia sortiti membra, in hanc magnitudinem creuimus! Et ob hoc, nisi mundi partibus motis, nisi caelum intonuerit, nisi terra subsederit, perire non possumus! 5 Vnguiculi nos et ne totius quidem dolor sed aliqua ab

2.4 VERG., *Aen.* 2, 354

1.3 uero: ut L · 4 quando: quandoque WDC quam N quoniam L α · 5 timor *om.* V · stultis: stultus L tutus *Axel.* · 6 fit: sit Q · 2.1 itaque: utique ADC · 2 illis: illum N in α · subita: subdita N β · 3 ignes: ignem L · stupentibus: stipantibus QJ¹ · 3.1 metuenda: timenda β · Circumspicite: circumspice M · 2 discutiamur: discutiamus C¹ · 4 nos: nostra PL β · 5 non — perdenda *om.* L · 6 periculi: periculum QJ · est BV *Madv.*: *esset cett.* · tremunt: timent L · 7 deducunt: deducant L · 4.1 magni: magno Z · 2 terrarum hiatusque: et hiatus terrarum N α · formidat: formidant β · 3 sibi *om.* β · 4 membra: m. et β · magnitudinem: m. uenimus uel L · 5.1 Vnguiculi: unguiculanos DCM uniguicularios W¹ ungricilli I. unde igitur (ergo B) celi α · dolor: calor IV

partes cosas dignas de temor. Digo que no existe reposo eterno para nada; lo que puede perecer, puede hacer perecer. Ahora bien, yo eso precisamente lo considero como un consuelo y, por cierto, el más poderoso, puesto que un temor sin remedio posible es tonto. La razón libra del terror a los hombres sensatos; en los ignorantes la desesperación engendra una gran seguridad. Por consiguiente, considera aplicable al género humano lo que se les dijo a aquellos que estaban estupefactos al sentirse repentinamente atrapados entre el enemigo y un incendio:

La única salvación para los vencidos es no esperar salvación
[alguna.

Si queréis no temer nada, pensad que todo es temible. Mirad a vuestro alrededor qué triviales causas nos aniquilan —ni la comida, ni el agua, ni el insomnio, ni el sueño nos son saludables sin cierta medida—. Inmediatamente os daréis cuenta de que somos naderías, cuerpecillos indefensos, inconsistentes, expuestos a morir sin gran esfuerzo. No hay duda, el único peligro que corremos es el de que tiemble la tierra, el de que salte en pedazos de improviso y arrastre a su interior lo que lleva encima. Mucho se valora el que teme los rayos, los terremotos y las quiebras. Que al menos, consciente de su debilidad, tema una coriza ¹. Es evidente, hemos nacido así, ¡nos han tocado en suerte miembros tan envidiables!, ¡hemos crecido hasta alcanzar tal altura! Y por eso si no se estremece parte del mundo, si no atruena el cielo, si no falla la tierra, no podemos perecer. El dolor de una triste uña, ni siquiera entera,

¹ Una parodia sobre el *sapiens* y su incapacidad de resistir algo tan simple como la *pituita*, en HOR., *Ep.* 1, 1, 108.

latere eius scissura conficit! Et ego timeam terras trementes, quem crassior saliuā suffocat? Ego extimescam emotum sedibus suis mare et ne aestus maiore quam solet cursu plus aquarum trahens superueniat, cum quosdam strangulauerit potio male lapsa per fauces? Quam stultum est mare horrere, cum scias stillicidio perire te posse!

6 Nullum maius solacium est mortis quam ipsa mortalitas; nullum autem omnium istorum quae extrinsecus terrent quam quod innumerabilia pericula in ipso sinu sunt. Quid enim dementius quam ad tonitrua succidere et sub terram correpere fulminum metu? Quid stultius quam timere nutationem terrae aut subitos montium lapsus et irruptiones maris extra litus eiecti, cum mors ubique praesto sit et undique occurrat nihilque sit tam exiguum quod non in perniciem generis humani satis ualeat?

7 Adeo non debent nos ista confundere, tamquam plus in se mali habeant quam uulgaris mors, ut contra, cum sit necessarium e uita exire et aliquando emittere animam, maiore perire ratione iuuet. Necesse est mori ubicumque, quandoque; stet licet ista humus et se teneat suis finibus nec ulla iactetur iniuria, supra me quandoque erit. <Quid> interest, ego illam
8 mihi an ipsa se mihi imponat? Diducitur et ingenti potentia

5.2 trementes: trementis Z · 3 quem: quam N · 4 et: aut Z · solet: soleat β *om.* L · solet — 6.1 mortis *om.* V · 5 potio male: saliuā A · 6.1 nullum: n. enim β · nullum — mortalitas *om.* Q · 2 istorum: illorum N · quae: qui V · terrent: t. per N · 3 pericula: exempla α · 4 terram: terra P · 5 correpere β: corruere Z corripere *cett.* · fulminum: fulmina L · quid: q. enim L · nutationem: mutationem LQJW¹M · 6 terrae *om.* HPNβ · 7.3 et — maiore *om.* C¹ · 4 est: e. in N · quandoque *om.* M · 5 ista: ipsa N · teneat: retineat NM · 6 quandoque: aliquando DC quando M quandoque erit *om.* α · Quid *suppl.* Gercke · ego: ergo NLAVβ · illam: illa DC¹M i. ego AV

sino la ruptura de uno de sus lados, acaba con nosotros. ¿Y voy a temer yo que tiemble la tierra, yo que me ahogo con una mucosidad un poco espesa? ¿Me voy a asustar yo del mar que se sale de su lecho? ¿de que sobrevenga una marea que arrastra en su curso más cantidad de agua que la habitual, cuando una bebida que se desvía en su paso por la garganta ha ahogado a muchos? ¡Cuán estúpido es horrorizarse del mar cuando se sabe que puedes perecer por una gota! No hay mayor consuelo frente a la muerte que la propia naturaleza mortal. Y no lo hay mayor frente a todos esos temores que nos vienen de fuera, que el que en nuestro propio seno existan innumerables peligros. En efecto, ¿qué mayor locura que amilanarse ante el trueno y meterse bajo tierra por miedo a los rayos? ¿Qué mayor estupidez que temer un balanceo de la tierra o un inesperado corrimiento de tierras o las inundaciones del mar que se interna más allá del litoral, dado que la muerte está dispuesta en todo lugar, viene a nuestro encuentro desde cualquier sitio y no hay nada tan insignificante que no tenga poder suficiente para destrozar el género humano? Además, esos fenómenos no deben ofuscarnos, como si entraran más desgracia que una muerte vulgar, cuando, por el contrario, dado que es necesario abandonar la vida y exhalar el alma alguna vez, debe gustarnos perecer por motivos importantes. Hay que morir en algún lugar, en algún momento. Aunque la tierra que pisamos se mantenga firme, se conserve dentro de los límites que le corresponden y no se vea zarrandeada por ningún golpe, algún día estará sobre mí. ¿Qué importa que yo me la ponga o que ella se me ponga encima? Se abre y, por el inmenso poder de no se qué azote, se quiebra

6

7

8

nescio cuius mali rumpitur et me in immensam altitudinem abducit; quid porro? mors leuior in plano est? Quid habeo quod querar, si rerum natura me non uult iacere ignobili leto, 9 si mihi inicit sui partem? Egregie Vagellius meus in illo inclito carmine: «Si cadendum est, inquit, e caelo cecidisse uelim». Idem <mihi> licet dicere: si cadendum est, cadam orbe concusso, non quia fas est optare publicam cladem, sed quia ingens mortis solacium est terram quoque uidere mortalem.

3 Illud quoque proderit praesumere animo nihil horum deos facere nec ira numinum aut caelum conuerti aut terram; suas ista causas habent nec ex imperio saeuiunt sed quibusdam uitiiis, ut corpora nostra turbantur, et tunc, cum facere uidentur, iniuriam accipiunt. Nobis autem ignorantibus uerum 2 omnia terribiliora sunt, utique quorum metum raritas auget; leuius accidunt familiaria; ex insolito formido maior est. Quare autem quicquam nobis insolitum est? Quia naturam oculis, non ratione, comprehendimus, nec cogitamus quid illa facere

8.4 me *om.* β · iaccere: i. in α · leto: lecto LNβ loco α · 5 inicit: uincit PL uindicat α · 9.1 Vagellius: uero Agellius α · in illo *om.* L · 2 est Z: est mihi *cell.* · cecidisse: sedisse L · 3 mihi *suppl.* Gercke · est: est mihi inquit N est mihi *cell.* · 5 mortalem: mortalis L

3 1.1 Illud: illis L · 2 conuerti: concuti AV *Axel.* conqueri *Alex. om.* M · 3 sed: s. ex α · 2.3 leuius: lenius HZPN · familiaria: f. et LQJAVDCM · 4 nobis *om.* HWM · 5 ratione: rationem W¹M

y me arrastra hacia las inmensas profundidades. Y bien, ¿es más suave la muerte en la superficie?; ¿de qué puedo quejarme si la naturaleza no quiere que muera de muerte ignorada, si echa sobre mí parte de sí misma? De modo admirable lo expresa Vagelio ¹, amigo mío, en aquel extraordinario poema: 9

Si hay que caer, quisiera caer desde el cielo.

Puedo decir igualmente: «si hay que caer, ojalá caiga cuando el orbe se abata», no porque sea justo desear una catástrofe general, sino porque es un enorme consuelo frente a la muerte el ver que también la tierra es mortal.

También sería bueno hacerse el ánimo de que los dioses no intervienen en nada de esto ², y de que los movimientos del cielo y la tierra no se deben a la ira de las potencias divinas: esos accidentes tienen sus propias causas y no se ensañan por mandato, sino que sufren trastornos a causa de ciertos defectos, como nuestros cuerpos. Precisamente cuando parece que hacen el daño, lo reciben. Por otro lado, para nosotros, que ignoramos la verdad, todo es más terrible. La poca frecuencia, sobre todo, aumenta el miedo. Acogemos con relativa indiferencia los acontecimientos habituales; el miedo es mayor cuando procede de lo insólito. Y ¿por qué algo para nosotros es insólito? Porque aprehendemos la naturaleza con los ojos, no con la razón y no pensamos qué puede hacer sino 3 2

¹ Un cónsul *suffectus* de finales del 45 ó 46 d. C. (CIL 10, 1401) con este mismo nombre quizá pueda identificarse con este poeta, amigo de Séneca. Cf. III *praef.* 3, nota 1.

² En el mismo sentido y en un intento de explicar la creencia popular que admite la intervención de los dioses en las catástrofes, puede leerse II 42, 2 ss.

possit, sed tantum quid fecerit. Damus itaque huius negligentiae poenas tamquam nouis territi, cum illa non sint noua
 3 sed insolita. Quid ergo? Non religionem incutit mentibus, et quidem publice, siue deficere sol uisus est, sine luna, cuius obscuratio frequentior, aut parte sui aut tota delituit? longeque magis illa, actae in transuersum faces et caeli magna pars ardens et crinita sidera et plures solis orbis et stellae per diem uisae subitque transcursus ignium multam post se lucem tra-
 4 hentium? Nihil horum sine timore miramur. Et cum timendi sit causa nescire, non est tanti scire, ne timeas? Quanto satius est causas inquirere, et quidem toto in hoc intentum animo. Neque enim illo quicquam inueniri dignius potest cui se non tantum commodet, sed impendat.

4 Quaeramus ergo quid sit quod terram ab infimo moueat, quod tanti molem ponderis pellat; quid sit illa ualentius quod tantum onus ui sua labefactet; cur modo tremat, modo laxata subsidat, nunc in partes diuisa discedat et alias interuallum ruinae suae diu seruet, alias cito comprimat; nunc amnes

3.1 non: nunc QJ¹ · 2 quidem: quidam L · 4 illa: illae *Erasm.* · illa, actae *om.* QJ¹ · 4.1 timendi: timidi NQJαβ · 2 sit *om.* DC¹ · 3 est *om.* PL · in hoc: nihil M · intentum: intento α intrantum L · 4 Neque: nec Z · illo *om.* N · quicquam: quisquam N ·

4 1.2 quod: quid C · pellat: impellat L · illa *om.* N · 3 labefactet: labefactat Lβ · laxata: laxa Q

solamente qué ha hecho. Pagamos el precio de este descuido al aterrorizarnos como si fueran nuevos los fenómenos, cuando no son nuevos sino insólitos. ¿Y entonces? ¿no inspira recelos supersticiosos en las mentes, masivamente incluso, el haber visto un eclipse de sol o el que la luna, cuyos eclipses son más frecuentes, se desvanezca en parte o entera? Y mucho más lo siguiente: las antorchas que cruzan el espacio, una gran parte del cielo en llamas, los astros con cola, los soles múltiples, las estrellas vistas durante el día, el paso inesperado de cuerpos ígneos que dejan un rastro intensamente luminoso. No admiramos nada de esto sin temor. Y, dado que la causa del temor es el no saber, ¿no merece la pena saber para no tener miedo? Cuánto más lógico es investigar las causas aplicándose a ello, desde luego, con toda el alma. En efecto, no puede encontrarse nada más digno no sólo de dedicarle un tiempo, sino de consagrarse a ello.

Por tanto, investiguemos¹ qué es lo que puede mover la tierra desde su punto más interior, lo que puede impulsar una masa de volumen tan grande, qué es lo que, por ser más potente que ella, sólo con su energía puede hacer que tan gran volumen se tambalee; por qué tiembla unas veces, otras, al perder sus partes la trabazón, se desmorona; por qué se abre separando sus partes: en ocasiones conserva mucho tiempo

¹ En este capítulo se contiene el desarrollo posterior de todo el libro, partiendo, como se ve, de dos cuestiones: *quid*, primero y básico de los problemas, previo a cualquier análisis de *cur*, que abarca los distintos tipos de apariencias bajo las que se nos presenta un terremoto y sus causas inmediatas, y cada una de las consecuencias a que puede dar lugar. El tratamiento de *quid* abarca hasta 21, 2 y sigue *cur*. Sobre las fuentes y método de trabajo de Séneca en este libro, puede verse HOLL, K., *Die Naturales Quaestiones des phil. Seneca*, Diss. Berlin, Jena 1935.

magnitudinis notae conuertat introrsum, nunc nouos exprimat; aperiat aliquando aquarum calentium uenas, aliquando refrigeret, ignesque nonnumquam per aliquod ignotum antea montis aut rupis foramen emittat, aliquando notos et per saecula nobiles supprimat. Mille miracula mouet faciemque mutat locis et defert montes, subrigit plana, ualles extuberat, nouas in profundo insulas erigit. Haec ex quibus causis acci-
 2 dant, digna res excuti. Quod, inquis, erit pretium operae? Quo nullum maius est, nosse naturam. Neque enim quicquam habet in se huius materiae tractatio pulchrius, cum multa habeat futura usui, quam quod hominem magnificentia sui detinet nec mercede sed miraculo colitur. Inspiciamus ergo
 3 quid sit propter quod haec accidant. Quorum adeo est mihi dulcis inspectio ut, quamuis aliquando de motu terrarum uolumen iuuenis ediderim, tamen temptare me uoluerim et experiri aetas aliquid nobis aut ad scientiam aut certe ad diligentiam adiecerit.

5 Causam qua terra concutitur alii in aqua esse, alii in ignibus, alii in ipsa terra, alii in spiritu putauerunt, alii in pluribus, alii in omnibus his; quidam liquere ipsis aliquam ex istis cau-

1.6 notae: nocte L · nouos: uiuos QJ · exprimat: comprimat α imprimat QJ¹ · 8 nonnumquam: numquam Nβ · 10 supprimat Z: comprimat *cell.* · 11 defert: differt α · subrigit: subrigat et M · extuberat: exturbat NW¹ et turbeat M¹ exuberat LV · 12 profundo: ualles L¹ · ex *om.* α · causis: rebus N · accidant: accidunt β · 13 excuti: excutit LQ · 2.2 est: e. nos digna res B · naturam: in futuram QJ¹ · 6 propter *om.* M · propter quod *om.* D · accidant: acciderant N · 3.1 mihi *om.* QJ · 4 experiri: e. si *Gercke* · actas: a. an L · aliquid: aliquod N aliquando L · aut¹ *om.* NV · ad *om.* L

5 1.3 quidam: qui N

la abertura provocada por el derrumbamiento, en otras la tierra rápidamente¹. Ya atrae a su interior ríos de gran tamaño, ya hace brotar otros nuevos. Por qué algunas veces saca a la luz venas de agua caliente, otras veces las enfría; alguna vez deja escapar fuego por algún resquicio, antes desconocido, de un monte o una roca, otras veces suprime los conocidos y famosos durante siglos. Provoca mil prodigios, cambia el aspecto de los lugares y aplana montes, eleva llanuras, rellena valles, hace surgir nuevas islas en la profundidad del mar. Es digno de analizar qué causas lo motivan. Me dices, 2
 ¿cuál será el premio al esfuerzo? No hay premio mayor: conocer la naturaleza. En efecto, no hay nada más bello en el manejo de esta materia, a pesar de que tiene muchos aspectos que pueden ser útiles, que el que su propio esplendor capta al hombre y no se la cultiva por los beneficios que reporta, sino por sus maravillas. Consideremos, por tanto, cuál es la causa de estos fenómenos. Hasta tal punto me es grata su con- 3
 sideración que, aunque una vez siendo joven escribí un libro sobre los terremotos, he querido hacer otro intento y ver, si los años han añadido algo a mi ciencia, o, por lo menos, a mi seriedad científica.

Unos han opinado que la causa de que la tierra sufra con- 5
 vulsiones reside en el agua, otros que en el fuego, otros que en la tierra misma, otros que en el aire, otros que en varios de ellos, otros que en el total. Algunos dijeron que estaba

¹ Este punto, expuesto con mayor precisión, incluso asignando denominaciones a cada uno de los terremotos descritos en 21, 2. Es allí donde es evidente el parecido con la doctrina expuesta en *De mundo* 396a, 1 ss. La exposición de PLIN. 2, 193-4 está más cercana a la de este capítulo, que puede ser considerado, desde un punto de vista retórico, como la *diuisio*.

2 sam esse dixerunt, sed non liquere quae esset. Nunc singula
 persequar. Illud ante omnia mihi dicendum est opiniones
 ueteres parum exactas esse et rudes. Circa uerum adhuc erra-
 batur; noua omnia erant primo temptantibus; postea eadem
 illa limata sunt. Et, si quid inuentum est, illis nihilominus
 referri debet acceptum; magni animi res fuit rerum naturae
 latebras dimouere nec contentum exteriori eius aspectu in-
 trospicere et in deorum secreta descendere. Plurimum ad in-
 3 ueniendum contulit qui sperauit posse reperiri. Cum excusa-
 tione itaque ueteres audiendi sunt. Nulla res consummata
 est, dum incipit; nec in hac tantum re omnium maxima atque
 inuolutissima, in qua, etiam cum multum acti erit, omnis
 tamen aetas quod agat inueniet, sed et in omni alio negotio
 longe semper a perfecto fuere principia.

6 In aqua causam esse nec ab uno dictum est nec uno modo.

1.4 liquere: linquere QJ¹ · 2.1 nunc: nam DCM · 2 persequar: persequamus
 W¹DC prosequemur M · 5 illa: ista Z · 6 debet: debeant N · acceptum:
 in accepto α · res *om.* B · 7 nec contentum: nec cumentum P concrementum
 L conceptum N conspectu β · 8 secreta: decreta PL · 9 contulit: tulit
 α · reperiri: reperire NBVW²C² · 3.4 qua: quam ZLV · acti: actum
 QJβ quesitum AV · 5 quod: quid Na · agat: habet β *om.* L · inueniet:
 inueniat QJVβ · et AV: *om. cett.*

6 1.1 nec¹: non N

claro que era una de las causas mencionadas, pero que no estaba claro cuál era ¹. Ahora las examinaré una por una. He de decir, ante todo, que las opiniones de los antiguos son poco exactas y sin perfilar. Se merodeaba constantemente en torno a la verdad; todo era nuevo para los que hicieron los primeros intentos; después, esas mismas opiniones se precisaron y, si algo se ha descubierto, no menos debe agradecerseles su aportación. Fue tarea de grandes espíritus el descorrer las tinieblas de la naturaleza y sin contentarse con su aspecto exterior, escrutar y descender hasta los secretos reservados a los dioses. Valiosa aportación fue, para descubrirlo, la de quien concibió la esperanza de que podía descubrirse. Por tanto, hay que poner comprensión cuando se escucha a los antiguos. Nada es perfecto mientras está en sus comienzos; y no sólo en este aspecto, el de mayor importancia y más complicado de todos, en el que, aunque se haya trabajado mucho, cualquier época encontrará qué hacer, sino también en cualquier otra ocupación, los principios estuvieron muy distantes de la perfección ².

Se ha dicho que en el agua reside la causa, y no sólo por

¹ Aunque el planteamiento del libro es igual al del V, la estructura es mucho más cuidada, ya que la exposición es gradual y cuenta con párrafos introductorios que compendian los aspectos que van a ser tratados en extensión.

² Cíc., *Brut.* 71 parte de un enfoque distinto, ya que se limita a la poesía: *Et nescio an reliquis in rebus omnibus id eueniat: nihil est enim simul et inuentum et perfectum*. En efecto, su afirmación inicial de ignorancia sobre otros aspectos, resta valor general a la frase. Mucho más cercano está PLIN. 2, 62. Según EDELSTEIN, L., *The idea of progress in Classical Antiquity*, Baltimore 1967, p. 169, el acuerdo entre Plinio y Séneca —a los que se suma Manilio— debe reflejar la filosofía común de la Stoa Media.

Thales Milesius totam terram subiecto iudicat umore portari et innare, siue illud oceanum uocas, siue magnum mare, siue alterius naturae simplicem adhuc aquam et umidum elementum. Hac, inquit, unda sustinetur orbis uelut aliquod grande nauigium et graue his aquis quas premit. Superuacuum est reddere causas propter quas existimat grauissimam partem mundi non posse spiritu tam tenui fugacique gestari; non enim nunc de situ terrarum sed de motu agitur. Illud argumenti loco ponit aquas esse in causa quibus hic orbis agitetur, quod in omni maiore motu erumpunt fere noui fontes, sicut in nauigiis quoque euenit ut, si inclinata sunt et abierunt in latus, aquam sorbeant, quae in omni eorum onere quae uehit, si immodice depressa sunt, aut superfunditur aut certe dextra sinistraque solito magis surgit. Hanc opinionem falsam esse non est diu colligendum. Nam, si terra aqua sustineretur et ea aliquando concuteretur, semper moueretur, nec agitari illam miraremur sed manere; deinde tota concuteretur, non ex parte; numquam enim nauis dimidia iactatur. Nunc uero terrarum non uniuersarum sed ex parte motus est. Quomodo ergo fieri potest ut, quod totum uehitur, totum non agitetur, si eo quo uehitur agitatum est? — At quare aquae erumpunt? — Primum omnium saepe tremuit terra et nihil umoris noui fluxit.

1.2 iudicat *om.* C · 3 innare: innatare β in mare ZLQJα · siue: sicut Z · magnum *om.* β · 5 unda: aqua PL · 2.1 est: e. inquit N · 3 non posse *om.* C¹ · posse *om.* D · 4 illud: i. enim N · 5 agitetur: agitur P · 6 in omni: modo α · 8 latus: flatus L · in: *om.* AV ui Gercke · in omni: impatiens *Madv.* · omni: o. situ *Alex.* · onere αβ *Koeler:* onerum *cell.* · 3.2 terra: terram β · sustineretur: sustinetur L sustinet DC¹ sustineat W¹M · et — concuteretur *om.* W² Haase · 3 concuteretur: concutitur L · illam: eam N · sed — 6 parte *om.* L · 4 deinde: cum β deinde cum W² · 5 nunc: non LDWM · nunc uero: non C¹ · 7 totum¹ *om.* N · eo: id N · 4.2 terra *om.* DC¹

un autor, ni de una sola manera. Tales de Mileto opina que la tierra entera se apoya y flota sobre el agua —puedes llamarle océano, gran mar, o simplemente agua de otra naturaleza, sin mezclas: elemento líquido—. Sobre este agua, dice, se sostiene el orbe, como si se tratara de una nave grande y pesada para las aguas que oprime. Es marginal exponer las razones por las que considera que la parte más pesada del universo no puede sustentarse sobre el aire, tan ligero y huidizo. En efecto, ahora no se trata de la colocación de la tierra, sino de sus movimientos. Invoca como argumento de que el agua cuenta entre las causas que obligan a moverse al orbe, el que en todo movimiento de cierta importancia suelen brotar manantiales nuevos, tal como también sucede en los navíos que, si se la-dean y se tuercen hacia un lado tragan agua, agua que se desparrama por encima de toda carga por ella sustentada, si el navío se hunde en exceso, o cuando menos sube más de lo acostumbrado por la derecha o la izquierda¹. No es necesario un largo razonamiento para advertir que esa opinión es equivocada. Pues si la tierra estuviese apoyada sobre el agua y de vez en cuando sufriera convulsiones, siempre estaría en movimiento y no nos extrañaría que se bamboleara, sino que estuviera quieta; después, sufriría las convulsiones toda entera, no parcialmente. En efecto, nunca sufre el zarandeo la mitad de una nave. Ahora bien, los terremotos no afectan a la masa total de la tierra, sino a parte de ella. Por tanto, ¿cómo puede darse el caso de que lo que es sustentado en su totalidad, no se agite en su totalidad si recibe la agitación del elemento que lo sustenta? «En ese caso, ¿por qué brota agua?». Ante todo, la tierra a menudo ha temblado y no ha

¹ Pasajes semejantes encontramos en 28, 3; III 14, 1 y I 9, 3.

Deinde, si ex hac causa unda prorumperet, a lateribus terrae circumfunderetur, sicut in fluminibus ac mari uidemus incidere ut incrementum aquarum, quotiens nauigia desidunt, in lateribus maxime appareat. Ad ultimum non tam exigua fieret quam tu dicis eruptio nec uelut per rimam sentina subreperet, sed fieret ingens inundatio ut ex infinito liquore et ferente uniuersa.

- 7 Quidam motum terrarum aquae imputauerunt, sed non ex eadem causa. Per omnem, inquit, terram multa aquarum genera decurrunt. Aliubi perpetui amnes, quorum nauigabilis etiam sine adiutorio imbrium magnitudo est; hinc Nilus per aestatem ingentes aquas inuehit; hinc, qui medius inter pacata et hostilia fluit, Danuuus ac Rhenus, alter Sarmaticos impetus cohibens et Europam Asiamque disterminans, alter
 2 Germanos, auidam belli gentem, repellens. Adice nunc patentissimos lacus et stagna populis inter se ignotis circumdata et ineluctabiles nauigio paludes, ne ipsis quidem inter se peruias quibus incoluntur; deinde tot fontes, tot capita fluminum subitos et ex occulto amnes uomentia, tot deinde ad

4.3 hac: ista AB *om.* V · causa unda: mundi causa QJ¹ · 4 incidere: accidere β · 5 desidunt: deserit L · 7 quam tu: quantum HZPLNQJβ · uelut: aliud α · per *om.* PL · subreperet: subriperet HPLα · 8 fieret: fieri L

7 1.2 omnem: omne N · inquit: inquit α · 3 aliubi HZ: alicubi PLQJ W²C² alibi DCM alii Nα · nauigabilis: pernauigabilis β · 4 etiam: et PL *om.* α · 5 pacata: peccata QJ · 7 -que *om.* L · 2.3 ineluctabiles: ineluctantes DC¹M eluctantes W¹ · 5 subitos *Fortun. Gercke*: subito se *codd.* · et *om.* 7 · uomentia: fundentia AB

surgido ningún nuevo manantial. Después, si el agua brotara por esa razón, se desparramaría por los costados de la tierra, como vemos que sucede en los ríos y en el mar que, siempre que los navíos embarrancan, la crecida de las aguas se hace más sensible en los costados. Por último, no sería un brote tan insignificante, como dices, ni se introduciría como una sentina por una rendija, sino que sobrevendría una enorme inundación, como corresponde a la producida por un elemento acuoso infinito, soporte del universo.

Ciertos autores achacaron al agua los terremotos, pero no por la misma razón. Por toda la tierra, se me dice, discurren muchos tipos de agua. En unos lugares ríos de corriente regular, cuyo tamaño los hace navegables incluso sin ayuda de las lluvias¹: entre ellos el Nilo aporta enorme cantidad de agua en verano, entre ellos el Danubio y el Rin, que fluyen por medio de regiones pacificadas y hostiles: el uno frena los ataques de los sármatas y delimita Europa y Asia², el otro rechaza a los germanos, pueblo ansioso de guerra. Añade ahora los extensísimos lagos y las aguas estancadas bordeadas por pueblos que se desconocen entre sí; los pantanos impracticables para la navegación, ni siquiera transitables para los que habitan junto a ellos; después, tantos manantiales, tantos nacimientos de ríos que vomitan corrientes imprevistas desde las profun-

¹ La aclaración que, sin duda alguna, se refiere al Nilo, y la insistencia mostrada a lo largo del libro IVb sobre este punto, resultan asombrosas si se comparan con la afirmación de V 18, 2: *etesiae non patiuntur apud nos nubes consistere, idem totam Indiam et Aethiopiam continuis per id tempus aquis irrigant.*

² Parece haber aquí una confusión entre el Danubio y el Tanais, confusión que se encuentra también en *Troades*, 9 donde describe al Tanais como *septena ora*, cosa que sólo conviene al Danubio. V. HOLL, *o.c.*, p. 15, n. 32.

tempus collectos torrentium impetus, quorum uires quam
 3 repentinae tam breues. Omnis aquarum et intra terram natura
 faciesque est. Illic quoque aliae uasto cursu deferuntur et in
 praeceps uolutae cadunt; aliae languidiores in uadis refun-
 duntur et leniter ac quiete fluunt. Quis autem neget uastis illas
 receptaculis concipi et cessare multis inertes locis? Non est
 diu probandum ibi multas aquas esse ubi omnes sunt; neque
 enim sufficeret tellus ad tot flumina edenda, nisi ex reposito
 4 multoque funderet. Si hoc uerum est, necesse est aliquando
 illic amnis excrescat et relictis ripis uiolentus in obstantia in-
 currat; sic fiet motus alicuius partis in quam flumen impetum
 dedit et quam, donec decrescat, uerberabit. Potest fieri ut
 aliquam regionem riuus affluens exedat ac sic trahat aliquam
 5 molem, qua lapsa superposita quatiantur. Iam uero nimis
 oculis permittit nec ultra illos scit producere animum, qui non
 credit esse in abdito terrae sinus maris uasti. Nec enim uideo
 quid prohibeat aut obstet quominus habeat aliquod etiam in
 abdito litus per occultos aditus receptum mare, quod illic quo-

3.1 intra: inter QJ · 2 cursu: impetu α · 3 uadis: uada N uasis L · re-
 funduntur: referuntur L deferuntur M¹ · 4 illas: illa Zβ · 6 diu om. N ·
 4.2 illic: illis L · uiolentus: uiolente NBV · in obstantia om. Nα · in-
 currat: occurrat L · 3 fiet: f. et M · flumen: motus β · 4 decrescat:
 decresceret Z crescat β · 5 riuus: ruinis L · affluens: effluens N · exedat:
 excedat NQJ¹αβ · sic LA: si HZP¹NQJB secum β · 6 quatiantur: q.
 excedat N¹ · 5.2 oculis: o. se *Leo Gercke* · ultra illos scit producere animum
 Z: illos scit producere ultra animum *cell.* · illos scit: secum PL · 3 abdito:
 abscondito QJβ · 4 aut: uel β · habeat: habeatur β h. hoc LN · ali-
 quod: aliquid N aliquem QJ¹ · 5 abdito: abscondito β · litus: l. et *codd.*
del. Madv.

didades; después, tantos torrentes que unen sus fuerzas ocasionamente y cuyo caudal es tan repentino como breve¹. Todas estas propiedades y configuración de las aguas se dan también en el interior de la tierra. Allí también se deslizan unas por amplios cauces y caen desde lo alto dando vueltas; otras, más lentas, se expanden en remansos y fluyen suave y tranquilamente. Y ¿quién va a negar que tienen su origen en inmensas reservas y que están inmóviles, estancadas en muchos lugares? No hay que dedicar mucho tiempo a probar que hay mucha agua allí donde están todas. En efecto, la tierra no se bastaría para dar a luz tantos ríos, si no los sacara de sus abundantes depósitos. Si esto es verdad, es lógico que alguna vez allí se salga un río de su cauce y, abandonando sus orillas, se abata con violencia contra los obstáculos; así se producirá un movimiento de la zona contra la que se lanzó el río, zona que seguirá azotando hasta que las aguas bajen². Puede suceder que un arroyo crecido vaya erosionando una región y arrastre así una mole, que, al correrse, provoque la convulsión de las partes que sobre ella reposaban. Ahora bien, quien no cree que existen en las entrañas de la tierra los entrantes propios de un mar inmenso, concede excesiva beligerancia a la vista y no sabe llevar su espíritu más allá de ella. En efecto no veo qué es lo que impide o se opone a que el mar, que se acumula pasando por entradas ocultas, tenga también

¹ La equiparación: exterior/interior de la tierra es constante en Séneca. Como muestra de la aceptación de esta teoría, véase V 14, 2; VI 7, 5; VI 8, 1.

² La relación directa que se establece entre la lluvia y el aumento de aguas interiores, perceptible en la teoría de Demócrito expuesta por ARIST., *Meteor.* 365b, 1, no existe aquí donde parece suponerse la independencia de los fenómenos interiores. El desarrollo de un mismo proceso, también independiente, se aplica por Séneca al caso de los vientos (V 14, 2), con las consiguientes incongruencias.

que tantundem loci teneat aut fortassis hoc amplius quod superiora cum tot animalibus erant diuidenda; abstrusa enim et sine possessore deserta liberius undis uacant. Quas quid uetat illic fluctuare et uentis quos omne interuallum terrarum et omnis aer creat impelli? Potest ergo maior solito exorta tempestas aliquam partem terrarum impulsam uehementius commouere. Nam apud nos quoque multa quae procul a mari fuerant subito eius accessu uapulauerunt et uillas in prospectu collocatas fluctus qui longe audiebatur inuasit. Illic quoque potest recedere ac surgere pelagus infernum, quorum neutrum fit sine motu superstantium.

8 Non quidem existimo diu te haesitaturum an credas esse subterraneos amnes et mare absconditum. Vnde enim ista prorepunt, unde ad nos ueniunt, nisi quod origo umoris inclusa est? Age, cum uides interruptum Tigrin in medio itinere siccari et non uniuersum auerti, sed paulatim non apparentibus damnis minui primum, deinde consumi, quo illum putas abire nisi in obscura terrarum, utique cum uideas emergere iterum non minorem eo qui prius fluxerat? Quid? cum uides Alpheon, celebratum poetis, in Achaia mergi et in Sicilia rursus traiecto mari effundere amoenissimum fontem Arethusam?

5.6 tantundem: tandem L tenendum DC¹ timendum W¹M · quod Z: quo *cell.* · 8 et: etiam ZPQJWDC *om.* M · 6.1 quid: quis αβ · 2 illic: illuc HPNQJW² · 5 quae *om.* QJ · 6 prospectu: conspectu α · 7 collocatas: collectas M collocaris QJ¹ · longe *om.* α · 8 surgere *ego*: reicere Z retegere *cell.* resurgere *Haase Gercke Oltr.*

8 1.1 an: ut α · credas: credis QJ · 3 prorepunt: proreptum QJ¹ prorumpunt P¹Lβ · 2.1 itinere: itineris β · 2 non² *om.* P · 5 prius: prior β · fluxerat: fuerat Pα f. surrexerat M · uides: uideas N

una especie de litoral en el interior, un mar que allí puede ocupar también otro tanto de extensión o quizá más porque la superficie terrestre hubo de repartirla con muchos seres vivos. En efecto, los lugares recónditos, sin dueño, abandonados, dejan con más facilidad espacio a las aguas. ¿Qué les impide allí oscilar impulsadas por los vientos que origina cualquier orificio de la tierra y cualquier atmósfera? Es posible, por tanto, que si se desencadena una tormenta de intensidad superior a la normal, la zona terrestre afectada sufra una violenta conmoción. Pues, entre nosotros también, muchas zonas que habían estado situadas lejos del mar resultaron azotadas con su llegada repentina, y el oleaje que se escuchaba a lo lejos invadió mansiones situadas en el extremo del campo visual. Allí también puede el océano inferior bajar y subir de nivel: ni uno ni otro fenómeno se produce sin conmocionar las zonas superpuestas. 6

No creo, por cierto, que mantengas mucho tiempo la duda sobre si creer que existen ríos subterráneos y un mar oculto. Pues, ¿cómo surgen, cómo vienen a nosotros, sino porque el origen del líquido está en su interior? Mira, cuando ves que el Tigris, interrumpiéndose a mitad de curso, se seca y no desaparece por completo, sino que disminuye poco a poco sin que sus pérdidas sean sensibles al principio, y después se agota, ¿a dónde crees que marcha sino a las entrañas de la tierra? (sobre todo si piensas que lo ves surgir de nuevo sin que su curso haya disminuido). ¿Y cuando ves que el Alfeo, tan cantado por los poetas, se sumerge en Acaya y, después de atravesar el mar, vierte en Sicilia la hermosa fuente 8 2

3 Nescis autem inter opiniones quibus enarratur Nili aestiua inundatio et hanc esse, e terra illum erumpere et augeri non supernis aquis sed ex intimo redditis? Ego quidem centuriones duos quos Nero Caesar, ut aliarum uirtutum ita ueritatis in primis amantissimus, ad inuestigandum caput Nili miserat, audiui narrantes longum ipsos iter peregisse, cum a rege Aethiopiae instructi auxilio commendatique proximis regibus
4 ad ulteriora penetrassent. «(Deni)que», quidem aiebant, «peruenimus ad immensas paludes, quarum exitum nec incolae nouerant nec sperare quisquam potest, ita implicatae aquis herbae sunt et aquae nec pediti eluctabiles nec nauigio, quod nisi paruum et unius capax limosa et obsita palus non fert. Ibi, inquit, uidimus duas petras, ex quibus ingens uis fluminis
5 excidebat». Sed siue caput illa, siue accessio est Nili, siue tunc

3.1 inter *om.* M · enarratur: narratur β · aestiua: inestimata α · 2 et ZL: a *cett.* · e terra: altera N · 3 ex *om.* P · 6 ipsos Z: illos *cett.* · 8 ad ulteriora penetrassent Z: penetrassent ad ulteriora *cett.* ulteriora: superiora N · 4.1 denique, quidem *ego*: quidem HZPLNβ qui α dein, ut quidem *Alex.* Post multos dies sicut illi quidem *Oltr.* · 2 ad *om.* N · 3 quisquam: quicquam QJ¹β · 4 aquae: aqua AVM a. et herbis L · 5 fert: ferat β fecit HZPL NQJ

de Aretusa? ¹. Y ¿no sabes que entre las opiniones que sirven 3
para explicar la inundación estival del Nilo, se cuenta la si-
guiente: que el Nilo brota de la tierra y que sube de nivel,
no debido a las aguas de la superficie terrestre, sino a las pro-
porcionadas por las profundidades? Por cierto que yo, a dos
centuriones que el César Nerón —muy amante de otras mu-
chas virtudes, pero especialmente de la verdad— había en-
viado para descubrir el nacimiento del Nilo, les oí contar que
habían recorrido un largo camino; se habían internado en las
zonas del interior, contando con la ayuda del rey de Etiopía
y la recomendación a los reyes vecinos ². «Llegamos», decían 4
ellos, «por fin a unos pantanos inmensos, cuya salida no cono-
cían los indígenas ni nadie puede confiar en conocer, tan en-
tremezcladas están las hierbas a las aguas: aguas impracti-
cables a peatones y naves. Estas últimas no las tolera el pan-
tano fangoso y enmarañado, a no ser que sean pequeñas y
con capacidad para uno solo. Allí, dice ³, vimos dos rocas
de las que manaba un río de caudal inmenso» ⁴. Pero sea 5
aquello el nacimiento del Nilo, o un afluente, sea que nace

¹ Cf. III 26, 4 ss. para un desarrollo mayor del párrafo del Alfeo, aunque el Tigris también mencionado pierda espacio. La razón de centrar la ejemplificación aquí en el Tigris se debe a sus mayores posibilidades de ser aceptado como *argumentum probabile* de la tesis que defiende.

² La suposición de Oltramare sobre la anterioridad del libro VI sobre el IVa apoya nuestra hipótesis del orden de los libros; ahora bien, su razonamiento, partiendo de la existencia de la digresión de este lugar, no parece tener fundamento por cuanto acabamos de ver en la nota 1 un caso semejante. La mayor amplitud concedida a este hecho, puede derivarse de que su función en la argumentación es mayor.

³ Obsérvese el cambio incomprensible entre plural y singular; esto nos lleva a no conceder excesiva importancia a fenómenos de este tipo en la obra.

⁴ Coincidencia con la descripción del escriba de Saïs en HEROD. 2,28, que sitúa las dos rocas, Crophi y Mophi, entre Syncne (Thebaida) y Elephantina.

nascitur, siue in terras ex priore recepta cursu redit, nonne tu credis illam, quicquid est, ex magno terrarum lacu ascendere? Habeant enim oportet pluribus locis sparsum umorem et in imo coactum, ut eructare tanto impetu possint.

- 9 Ignem causam motus quidam, sed quidem non (uno modo), iudicant, imprimis Anaxagoras, qui existimat simili paene ex causa et aera concuti et terram. Cum in inferiore parte spiritus crassum aera et in nubes coactum ui qua apud nos quoque nubila frangi solent rupit et ignis ex hoc collisu nubium cursu- que elisi aeris emicuit, hic ipse in obuia incurrit exitum quae-rens ac diuellit repugnantia, donec per angustum aut nactus
2 est uiam exeundi ad caelum aut ui et iniuria fecit. Alii in igne causam quidem esse, sed non ob hoc iudicant, sed quia pluri- bus obrutus locis ardeat et proxima quaeque consumat; quae si quando exesa ceciderint, tunc sequi motum earum partium

5.2 siue *om.* PLAV · 3 lacu *om.* DC¹ · 4 umorem: u. hoc N · 5 imo *Fortun. Gercke: uno codd.*

- 9 1.1 causam: causa Q · sed β: et *cell.* · quidem ZM: quidam *cell.* · sed quidem non *om.* α · uno modo *suppl. ego* (cf. VI 6, 1; V 4, 1): ob eandem causam β ignobiles *Oltr.* · 3 in *om.* HZPLNQJVWM · 4 crassum: cur- sum L · coactum: c. ex β · ui *Fortun. Gercke: uia cell.* · qua: quam P · 5 rupit *Gertz Gercke: rumpit codd.* · et: et cum AV · 6 incurrit: occurrit β · 7 angustum I: angustam HPQJAVβ angusta LNB angustiam ZW² · 8 exeun- di — 2.2 sed¹ *om.* QJ¹ · ui et: ui aut LN¹β ui V in A¹B · 2.3 proxima: proximam QJ · quaeque: quae N · 4 ceciderint NWM: ceciderunt *cell.*

entonces o que devuelve a la tierra el caudal allí acumulado en su recorrido anterior, ¿no crees tú que en cualquier caso, asciende de un gran lago del interior de la tierra? En efecto, es necesario que haya líquido esparcido por muchos lugares y que se acumule en un solo punto para poder vomitarlo con tanta fuerza ¹.

Otros creen que el fuego es la causa de los terremotos, aunque no de un solo modo. En primer término Anaxágoras, que considera que el aire y la tierra sufren convulsiones por causa casi idéntica. Cuando en la parte inferior de la tierra una corriente de aire disgrega el aire concentrado y acumulado en forma de nubes, con la fuerza con que entre nosotros también suelen hacerse jirones los nublados, y el fuego brilla como consecuencia de la colisión de las nubes y del recorrido del aire expulsado, éste, buscando por sí mismo la salida, choca contra lo que se le pone al paso, y desgarrar lo que ofrece resistencia, hasta que a través de las angosturas se hace con un camino de salida hacia el aire libre o se lo procura brutalmente ². Otros creen que, con seguridad, la causa reside en el fuego, pero no por la razón anterior, sino porque arde oculto en muchos lugares y consume todo lo que está a él contiguo. Y que en el caso de que se derrumben las zonas desgastadas,

¹ Cf. BONNEAU, D., «L'origine égyptienne de l'explication stoïcienne de la crue du Nil», *Assoc. Guill. Budé, Actes du VII^e Congrès*, Paris 1964, 260-262.

² La exposición de ARIST., *Meteor.* 365a, 20 de la teoría de Anaxágoras, más que cambiada ha sido interpretada por Séneca, según sus propios criterios. La utilización de *inferior* en lugar de *interior* es prueba de su intento de fidelidad al texto, ya que es sobre todo el uso de la expresión «parte superior» de la tierra lo que indigna a Aristóteles en la teoría. Versión distinta de la teoría en AMM. MARC. 17, 7, 11.

quae subiectis adminiculis destitutae labant, donec corruerunt, nullo occurrente quod onus exciperet; tunc chasmata, tunc hiatus uasti aperiuntur aut, cum diu dubitauerunt, super ea
 3 se quae supersunt stantque componunt. Hoc apud nos quoque uidemus accidere, quotiens incendio laborat pars ciuitatis; cum exustae trabes sunt aut corrupta quae superioribus firmamentum dabant, tunc diu agitata fastigia concidunt et tam diu deferuntur atque incerta sunt, donec in solido resederunt.

10 Anaximenes ait terram ipsam sibi causam esse motus nec extrinsecus incurrere quod illam impellat, sed intra ipsam et ex ipsa. Quasdam enim partes eius decidere, quas aut umor resolverit aut ignis exederit aut spiritus uiolentia excusserit; sed, his quoque cessantibus, non deesse propter quod aliquid abscedat aut reuellatur. Nam primum omnia uetustate labuntur nec quicquam tutum a senectute est; haec solida quo-

2.7 aut: aut ac QJ · ea — 8 stantque: quae consistant se α · 8 stantque: statum L · 3.3 sunt: sint L · firmamentum: fundamentum P ·

10 1.1 sibi — 2 ipsam *om.* α · 2 intra: in terra N · 3 enim *om.* B · quas: si Z · umor resolverit: umore soluerit D humore soluit C *om.* M · 5 quod: aliquod N¹ · 6 abscedat: accedat Nα abscondit M

al derrumbamiento sigue la conmoción de los lugares, que se desmoronan al fallarles los soportes sobre los que se apoyaban. Estos lugares acaban por desplomarse, al no contar con nada capaz de aguantar el peso. Entonces se abren abismos, quiebras enormes o, en caso de que hayan vacilado largo tiempo, quedan apoyadas en zonas que se mantienen todavía en pie. Vemos que esto también sucede en nuestro medio siempre que una parte de la ciudad es víctima de un incendio: cuando las vigas se han quemado o se han derrumbado los materiales que servían de apoyo a las partes superiores, los edificios, sacudidos largo tiempo, fallan al fin, vacilan en todos los sentidos hasta que se depositan sobre algo sólido. 3

Anaxímenes dice que la tierra misma es la causa de sus propias conmociones, y que no interviene ningún factor externo que la impulse, sino que está en su mismo interior y surge de ella misma. En efecto, dice que se desprenden de ella ciertas partes que el agua disuelve, corroe el fuego, o arranca el embate del viento; que aunque éstos dejen de actuar, no falta una causa que contribuya a separar o arrancar algo de ella ¹. Pues, en primer lugar, todo se viene abajo con los años y nada está al resguardo de la vejez. Ésta acaba incluso con lo 10

¹ El punto más afín a Aristóteles (*Meteor.* 365b, 6) y Séneca, en la exposición de la teoría de Anaxímenes, es la frase: *...quas aut umor resolverit aut ignis exederit*, completada en Séneca con el tercer elemento: *aut spiritus uiolentia excusserit*. La relación de este cambio con el afán clasificatorio de Séneca, queriendo atribuir un puesto al elemento tierra, parece bastante probable. Lo confirma la posición forzada de esta teoría, intercalada entre la exposición de las distintas consideraciones del fuego como causa. Sobre el cambio de atribución: AMM. MARC. 17, 7, 12, donde lo expuesto por Aristóteles bajo el nombre de Anaxímenes, es considerado de Anaximandro.

2 que et magni roboris carpit. Itaque, quemadmodum in aedificiis ueteribus quaedam non percussa tamen decidunt, cum plus ponderis habuere quam uirium, ita in hoc uniuerso terrae corpore euenit ut partes eius uetustate soluantur, solutae cadant et tremorem superioribus afferant; primum, dum abscedunt, — nihil enim utique magnum sine motu eius cui haesit absciditur; — deinde, cum deciderunt, solido exceptae resiliunt pilae more, quae, cum cecidit, exultat ac saepius pellitur, totiens a solo in nouum impetum missa. Si uero in stagnantibus aquis delatae sunt, hic ipse casus uicina concutit fluctu, quem subitum uastumque illisum ex alto pondus eiecit.

11 Quidam ignibus quidem assignant hunc tremorem, sed aliter. Nam, cum pluribus locis ferueant, necesse est ingentem uaporem sine exitu uoluant, qui ui sua spiritum intendit et, si acrius institit, opposita diffindit; si uero remissior fuit, nihil amplius quam mouet. Videmus aquam spumare igne subiecto; quod in hac aqua facit inclusa et angusta, multo magis illum facere credamus, cum uiolentus ac uastus ingentes aquas excitat; tunc ille uaporatione fluctuantium undarum quicquid pulsauerit agitatur.

2.2 ueteribus *om.* H · 3 uniuerso: uniuerse QJ · 6 abscedunt: abscedant L · 7 haesit: adhaesit α · absciditur: abscinditur B abscitur N absorbitur L · deinde: demum N · deciderunt: decidunt PL α ceciderunt C · exceptae: excepto QJ¹ · 8 cecidit: cadit M concidit N α · exultat: resultat NAB · 10 stagnantibus: stantibus β · delatae *Gertz Gercke*: delata HZNQJAV β demissa PLW² delapsa B · 11 illisum: elisum QJ

11 1.2 ferueant: fuerant QJ¹ feruerant J² · 3 sua: suum α · et — 4 institit *om.* L · 4 institit: insistit N · diffindit N: diffundit *cell.* · fuit: fuerit NLBV · 5 quam: aquam L · 8 tunc: t. quicquid BV · quicquid *om.* BV

que es macizo y de gran peso. Y así, del mismo modo que en 2
 los edificios viejos algunas partes caen, aunque no reciban
 golpes, cuando tienen más peso que resistencia, así en el cuer-
 po total de la tierra sucede que sus partes se disgregan por la
 vejez, al disgregarse caen y comunican un temblor a las zonas
 superiores. Primero, durante el tiempo que invierte en despren-
 derse —en efecto, un objeto, sobre todo grande, no se desprende
 sin mover el elemento al que está adherido—; después, cuando
 se han desprendido, al ir a dar a un medio sólido, rebotan a
 modo de una pelota que cuando ha caído salta y vuelve tan-
 tas veces cuantas el suelo la envía con un nuevo impulso. Y
 si caen sobre las aguas estancadas, la caída misma agita los
 puntos contiguos con un oleaje repentino y extenso provocado
 por el cuerpo lanzado desde lo alto.

Otros atribuyen ese temblor al fuego, pero de otra ma- 11
 nera ¹. Pues, dado que arde en muchos lugares, es lógico que
 imprima movimiento circular a la enorme cantidad de vapor
 carente de salida. Éste, con su propia energía aumenta la pre-
 sión del aire y, si arrecia un poco más, agrieta lo que se le opone.
 Ahora bien, si es mortecino, no produce más que un movi-
 miento. Vemos que el agua se cubre de espuma cuando se
 pone al fuego. El efecto que produce en el agua escasa de un
 recipiente, pensemos que lo produce mucho mayor cuando,
 dotado de mayor violencia y extensión, pone en movimiento
 grandes masas de agua. Entonces, debido a la evaporación
 de las aguas en ebullición, todo lo que acaba de poner en mo-
 vimiento se agita.

¹ La interrupción que supone la teoría de Anaxímenes es perceptible en este comienzo.

12 Spiritum esse qui moueat et plurimis et maximis auctori-
 bus placet. Archelaus, inquisitor satis diligens ait ita. Venti in
 concaua terrarum deferuntur; deinde, ubi iam omnia spatia ple-
 na sunt et in quantum aer potuit densatus est, is qui superuenit
 2 spiritus priorem premit et elidit ac frequentibus plagis primo co-
 git, deinde proturbat. Tum ille quaerens locum omnes angustias
 dimouet et claustra sua conatur effringere; sic euenit ut terrae,
 spiritu luctante et fugam quaerente, moueantur. Itaque, cum
 terrae motus futurus est, praecedit aeris tranquillitas et quies,
 uidelicet quia uis spiritus quae concitare uentos solet in infer-
 na sede retinetur. Nunc quoque, cum hic motus in Campania
 fuit, quamuis hiberno tempore et inquieto, per superiores dies
 3 caelo aer stetit. — Quid ergo? Numquam flante uento terra
 concussa est? — Admodum raro. Duo simul flauere uenti;
 fieri tamen et potest et solet. Quod si recepimus et constat duos
 uentos rem simul gerere, quidni accidere possit ut alter supe-
 riorem aera agitet, alter infernum?

13 In hac sententia licet ponas Aristotelem et discipulum eius
 Theophrastum, non, ut Graecis uisum est, diuini, tamen et
 dulcis eloquii uirum et nitidi sine labore. Quid utrique placeat

12 1.2 inquisitor satis *Axel.*: antiquitatis *codd.* antiquus inquisitor satis *Alex.*
 physicus, ut est captus antiquitatis *Oltr.* · 5 et *om.* L · elidit: edidit L ·
 primo: primum Z · cogit: coegit N · 2.1 omnes: omnis N omnia α ·
 angustias: obstacula α · 4 praecedit: praecedat N · 5 inferna M *Fortun.*:
 inferni *cett.* · 6 retinetur: detinetur β · 7 dies: d. a β · 3.1 uento *om.* Z ·
 2 raro: r. cum *Gercke* · simul: s. si *Alex.* · 3 et¹ *om.* PLQJ · recepimus
 Z: recipimus *cett.* · et² *om.* AB · 4 quidni *Fortun.*: quidnam ZHPLNQJβ
 quid inde α · 5 infernum ZN¹B: infimum N² inferum *cett.*

13 1.2 diuini: diuinis QJ¹ · 3 placeat: placet C

Que es el aire el que provoca la conmoción, lo admite la mayoría, las máximas autoridades: Arquelaos, serio investigador dice así: «los vientos penetran en las cavidades de la tierra. Después, cuando ya está lleno el espacio y el aire se ha condensado hasta el límite, el soplo que llega a continuación oprime al anterior y choca con él y, a base de golpes constantes, primero lo arrincona, después lo expulsa. Entonces, buscando un lugar ensancha los espacios estrechos e intenta romper su prisión; así sucede que se conmociona la tierra, mientras el aire se debate buscando una salida. Por eso, cuando va a producirse un terremoto, precede una gran calma y quietud atmosférica, evidentemente porque la masa de aire que suele provocar los vientos está retenida en la sede interior¹. Ahora también, cuando hubo ese terremoto de la Campania, aunque el tiempo era invernal e inseguro, durante los días anteriores el aire se mantuvo en reposo. ¿Entonces? ¿Nunca sufre convulsiones la tierra cuando sopla el viento? Muy raras veces soplaron dos vientos a la vez; sin embargo, puede y suele suceder y, si lo aceptamos y hay constancia de que dos vientos actúan a la vez, ¿no podría suceder que el uno agitara el aire de la superficie terrestre, el otro el del interior?»

Puedes colocar entre los que así opinan a Aristóteles² y a su discípulo Teofrasto, escritor de estilo, si no divino³, según opinaban los griegos, sí fluido y claro, sin rebuscamiento.

¹ Esta consecuencia es atribuida por AMM. MARC. 17, 7, 11, como conclusión a la teoría de Anaxágoras.

² Efectivamente ARIST., *Meteor.* 366a, 3 niega que la causa sean agua o tierra y se centra en el πνεύμα.

³ Característico es el desarrollo explicativo del nombre que queda todavía más claro en CIC., *Or.* 62: *Diuinitate loquendi nomen inuenit.*

exponam. Semper aliqua euaporatio est e terra, quae modo arida est, modo umido mixta; haec ab infimo edita et in quantum potuit elata, cum ulteriorem locum in quem exeat non habet, retro fertur atque in se reuoluitur; deinde rixa spiritus reciprocantis iactat obstantia et, siue interclusus siue per angusta enisus est, motum ac tumultum ciet.

2 Straton ex eadem schola est, qui hanc partem philosophiae maxime coluit et rerum naturae inquisitor fuit. Huius tale decretum est. Frigidum et calidum semper in contraria abeunt, una esse non possunt; eo frigidum confluit unde uis calidi discessit, et inuicem ibi calidum est unde frigus expulsum est. Hoc quod dico uerum esse et utrumque in contrarium agi
3 ex hoc tibi appareat. Hiberno tempore, cum supra terram frigus est, calent putei nec minus specus atque omnes sub terra recessus, quia illo se calor contulit superiora possidenti frigori cedens.

Qui, cum in inferiora peruenit et eo se quantum poterat ingessit, quo densior, hoc ualidior est. Huic calidus (spiritus) superuenit. Cui necessario congregatus ille iam et in angulum

1.5 umido mixta: umida L · 7 habet: habeat α · atque: ac α et H · deinde: dum DC¹ · 9 ciet: sciet Z²N¹A faciet β · 2.3 semper *om.* V · abeunt: a. et AB · 4 calidi *Gercke*: calida *codd.* · 5 discessit: discedit Nα · ibi: sibi QJ¹V · 6 esse et *Haase Gercke*: esse sed B est sed HZNQJ est si *cett.* · utrumque: utraque HZLNQJ · 3.4 cedens: cedunt L · 6 huic calidus spiritus *ego*: huic alius *codd.* hic alii spiritui *Oltr.* ubi huic frigus *Gercke* · 7 angulum: angustum β

Voy a exponer qué mantienen uno y otro. Siempre existen emanaciones procedentes de la tierra que bien son secas, bien mezcladas con humedad. Éstas, que surgen de las profundidades y se elevan cuanto pueden, cuando se les acaba el espacio vuelven atrás y recaen sobre sí mismas; después, el choque de este aire que va y viene zarandea los obstáculos y, sea que quede encerrado, sea que su esfuerzo se concentre en atravesar una angostura, provoca conmociones y desórdenes.

Estratón es de la misma escuela; cultivó especialmente este aspecto de la filosofía e investigó sobre la naturaleza. Tal es su conclusión: lo frío y lo caliente siempre marchan en direcciones contrarias, no pueden estar unidos; lo frío confluye al punto que ha abandonado la masa cálida y, a su vez, lo cálido se encuentra allí de donde se ha eliminado el frío. Que lo que digo es verdad y que cada uno marcha en sentido opuesto, puede quedarte claro con lo siguiente. En época invernal, cuando hace frío en la tierra, los pozos están calientes y no menos las grutas y todas las cavidades de la tierra, porque el calor se ha refugiado allí, cediendo ante el frío que domina en las zonas superiores ¹.

Éste, cuando llega a las zonas inferiores y alcanza allí su máxima condensación, cuanto mayor es ésta más potente es. A continuación de él llega aire cálido, y a este último es pre-

¹ ARIST., *Meteor.* 348b, 3 pone los pozos como ejemplo de la reacción que ejerce el calor sobre el frío, o lo contrario. El mismo dato sobre el mayor calor del agua de los pozos, en invierno, aunque sin desarrollo explicativo, se atribuye a Enópides de Quios (s. V a. C.) en IVa 2, 26.

4 pressus loco cedit. Idem contrario euenit, cum uis maior frigidum illata in cauernis est: quicquid illic calidi latet, frigori cedens abit in angustum et magno impetu agitur, quia non patitur utriusque natura concordiam nec in uno moram. Fugiens ergo et omni modo cupiens excedere proxima quaeque
5 remolitur ac iactat. Ideoque antequam terra moueatur, solet mugitus audiri, uentis in abdito tumultuantibus. Nec enim aliter posset, ut ait noster Vergilius,

Sub pedibus mugire solum et iuga celsa moueri.

6 nisi hoc esset uentorum opus. Vices deinde huius pugnae sunt eadem: fit calidi congregatio ac rursus eruptio; tunc frigida compescuntur et succedunt, mox futura potentiora. Dum ergo alterna uis cursat et ulro citroque spiritus com meat, terra concutitur.

14 Sunt qui existiment spiritu quidem et nulla alia ratione tremere terram, sed ex alia causa quam Aristoteli placuit. Quid sit quod ab his dicatur audi. Corpus nostrum et sanguine

5.5 VERG., *Aen.* 6, 256

4.1 idem: i. e β *Fortun.* · 2 illata — frigori *om.* Q · 3 et *om.* Q · 4 utriusque: utrisque Q · 5 quaeque *om.* Q · 5.1 Ideoque: iamque L · 4 celsa: coepta *Verg. codd.* · 6.2 eadem: fit *Gercke*: deficit ZAV deficit H desit *cett.* hae: fit *Madv.* · 3 succedunt: succidunt *Madv.* · ergo *om.* HZPLQJβ · 4 cursat: pulsat L¹ · com meat: commoueat W¹ contineat QJ¹

14 1.1 existiment: aestiment Nα · spiritu: spiritus N · et nulla: nec ulla Z · 3 nostrum *om.* QJ¹ · et: cx M

ciso que le ceda lugar aquél, ya concentrado y comprimido en un rincón¹. Lo mismo sucede en el caso contrario: cuando una masa considerable de aire frío se introduce en las grutas, todo el calor que allí hay oculto, cediendo ante el frío, se refugia en las angosturas y se agita violentamente, porque la naturaleza de ambos no tolera el entendimiento ni la permanencia en un mismo lugar. Por tanto, como intenta escapar y alejarse sea como sea, destroza y zarandea todo lo que está contiguo a él. Y por eso, antes de que se conmocione la tierra suele escucharse un bramido, resultado de los vientos que se mueven en desorden. En efecto, si no fuera obra de los vientos no sería posible, como dice nuestro Virgilio,

que el suelo brame bajo nuestros pies y se mueven las altas
[cumbres.

Después, las alternativas de esta lucha son las mismas: se produce una acumulación de calor que comporta una salida; mientras, la masa fría se mantiene alejada y viene a continuación para terminar siendo la más poderosa. Así pues, en tanto que las dos masas van y vienen alternativamente produciendo una corriente de aire que circula de aquí para allá, la tierra sufre las convulsiones.

Hay quienes consideran que la tierra tiembla debido, sin duda, al aire y a ninguna otra razón, pero por otras causas distintas a las admitidas por Aristóteles². Escucha qué es lo que éstos dicen: nuestro cuerpo está regado por sangre y aire

¹ Entiendo que *qui* se refiere al aire frío, y es el aire cálido el que lo arrincona, con lo cual se entiende: *Idem contrario euenit*, donde es el aire frío el que hace que el cálido ceda. La puntuación que hace de *Qui* inicio de frase, se debe al interés por desvincularlo del razonamiento anterior.

² Lo más notable de la explicación que sigue es la utilización exclusiva de la vía analógica, lo cual supone la omisión de datos necesarios para el desarrollo de la teoría. Por ejemplo, la naturaleza de la causa desencadenante del terremoto.

irrigatur et spiritu, qui per sua itinera decurrit. Habemus autem quaedam angustiora receptacula animae per quae nihil amplius quam meat, quaedam patentiora in quibus colligitur et unde diuiditur in partes. Sic hoc totum terrarum omnium corpus et aquis, quae uicem sanguinis tenent, et uentis, quos nihil aliud quis quam animam uocauerit, peruium est. Haec
 2 duo aliubi currunt, aliubi consistunt. Sed, quemadmodum in corpore nostro, dum bona ualetudo est, uenarum quoque imperturbata mobilitas modum seruat; ubi aliquid aduersi est, micat crebrius et suspiria atque anhelitus laborantis ac fessi signa sunt, — ita terrae quoque, dum illis positio naturalis est, inconcussae manent; cum aliquid peccatur, tunc uelut aegri corporis motus est, spiritu illo qui modestius perfluebat icto uehementius et quassante uenas suas, nec ut illi paulo ante dicebant quibus animal placet esse terram. Nisi hoc est, quemadmodum animal, totum uexationem sentiet; neque enim in nobis febris alias <aliis> partes moratius impellit, sed per
 3 omnes pari aequalitate discurrit. Vide ergo num quid intret in illam spiritus ex circumfuso aere. Qui, quamdiu habet exi-

1.4 et: ac N *om.* α · 5 quaedam *om.* Z · 7 hoc *om.* L · totum *om.* α · totum terrarum *om.* N · 8 quos: quod L · 9 quis — uocauerit: quam spiritum quisquam uocauit (uocat AV) α · 10 aliubi HZ: alicubi PLQJDCM alibi Nα · aliubi² Z: alicubique MW alicubi *uel* alibi *cett.* · 2.3 ubi: ut QJ¹ · 6 manent: maneret N · uelut: uel dum QJ · 7 modestius: molestius PLNV molestus AB · perfluebat: defluebat M fluebat V · 9 dicebant: dicebat *Madv.* · terram: t. emisso *Gercke* · nisi: ubique C² ubi M nam si *Erasm.* · 10 totum: totam QJβ · sentiet: s. parem Zα · enim *om.* HN · 11 aliis *suppl. Madv.* · 3.1 Vide: uides V · num J² *Pinc.*: nunc *cett.* ne *Gercke Oltr.* · 2 aere: a. demum N¹

que discurren por canales que les son propios. Tenemos para la respiración unos conductos bastante estrechos por los que no hace más que pasar, otros más abiertos a los que va a parar y desde donde se distribuye a las distintas partes. Del mismo modo, el cuerpo entero de las tierras es permeable al agua que desempeña el papel de la sangre, y el viento, al que no es posible dar otro nombre que el de respiración ¹. Estos dos elementos en unos lugares corren, en otros se detienen. Y del mismo modo que en nuestro cuerpo, mientras la salud es buena, el movimiento de las venas mantiene un ritmo imperturbable y, cuando sobreviene un accidente, las palpitations son más rápidas y los suspiros y jadeos son síntoma de agotamiento y cansancio, así también la tierra, mientras su situación es la normal, se mantiene sin alterarse; cuando hay un fallo, entonces la conmoción es como la de un cuerpo enfermo: al recibir el impacto, el aire que fluía con toda normalidad, lo hace con mayor violencia, sacudiendo sus venas. Pero no como acaban de decir aquellos que encuentran adecuada la comparación de la tierra con un ser vivo; si no fuera como digo, la tierra, lo mismo que un ser vivo, acusaría el impacto en su totalidad. En efecto, en nosotros la fiebre no activa menos unas partes que otras, sino que discurre por todas con uniformidad pareja. Por tanto, mira a ver si es que se introduce en la tierra algo del aire que la rodea ². Éste, mientras tiene una salida, se des-

¹ Identificación frecuente en otros autores latinos (CIC., *Nat. deor.* 2, 138). Por otro lado ya la encontramos en ARIST., *Meteor.* 366b, 15.

² A partir del § 6 parece tratarse de precisiones hechas a la doctrina por Séneca. Doctrina atribuida por Oltramare a Posidonio. Según HOLL, *o.c.*, p. 20. se produce aquí la fusión de dos teorías, una claramente estoica (§ 2), y otra que introduce precisiones a ésta (§ 3) y que considera el hecho de que entre aire de fuera como la causa desencadenante y la razón del carácter parcial del terremoto (cf. VI 18, 6).

tum, sine iniuria labitur; si offendit aliquid et incidit quod uiam clauderet, tunc oneratur primo, infundente se a tergo aere, deinde per aliquam rimam maligne fugit et hoc acrius fertur, quo angustius. Id sine pugna non potest fieri, nec pugna
 4 sine motu. At si ne rimam quidem per quam efflueret inuenit, conglobatus illic furit et hoc atque illo circumagitur aliaque deicit, alia intercudit, cum tenuissimus idemque fortissimus et irrepat quamuis in obstructa et quicquid intrauit ui sua diducat ac dissipet. Tunc terra iactatur; aut enim datura uento locum discedit, aut, cum dedit, in ipsam qua illum emisit cauerenam fundamento spoliata considit.

15 Quidam ita existimant. Terra multis locis perforata est nec tantum primos illos aditus habet quos uelut spiramenta ab initio sui recepit, sed multos illi casus imposuit. Aliubi deduxit quicquid superne terreni erat aqua, alia torrentes cecidere, alia aestibus magnis disrupta patuerunt. Per haec interualla intrat spiritus. Quem si inclusit mare et altius adegit nec fluctus retro abire permisit, tunc ille, exitu simul redituque praeccluso, uolutatur et, quia in rectum non potest tendere, quod illi naturale est, in sublime se intendit et terram prementem diuerberat.

3.4 clauderet: claudat αWM claudit DC¹ · 5 deinde: demum N · 4.1 at: ac NM aut Z · quidem *om.* LN · efflueret: effluat β affluat BV flueret L efflauerat A · 2 furit: fuerit LW · 3 deicit: deiecit HZN deiecerit C¹ · 4 intrauit: intrauerit QJAV · 5 uento: uentis NAB · 6 ipsam: i. in N · qua: quae Pα quam N · 7 spoliata: spoliato L · considit: concidit L ·
15 1.2 tantum: tamen HA · illos *om.* M · 3 initio: imo W²D infimo M · recepit: recipit AV · aliubi HZ¹: alia ubi Z² aliud AV alicubi *cett.* · 4 aqua: aliqua N alias L · 6 mare et altius *om.* β · fluctus: fluctibus V · 7 abire: redire Z · 8 rectum: incertum *Gercke* · 9 diuerberat: reuerberat β

liza sin producir desastres; si tropieza e incide sobre algo que le cierra el camino, entonces en primer lugar, aumenta su volumen al abocarse sobre él la masa de aire por la espalda, después huye por cualquier rendija de mala manera, y su comportamiento es más violento cuanto más estrecha es. Esto no puede ocurrir sin lucha, ni la lucha sin conmoción. Ahora bien, si ni siquiera encuentra una rendija por donde poder salir, cuando se ha aglomerado allí, se enfurece y da vueltas en círculo de aquí para allá: derriba unas cosas, agrieta otras. Al ser muy ligero y potente al mismo tiempo, se filtra por los lugares más encombrados y todo objeto que penetra lo abre con energía y lo hace saltar en pedazos. Entonces la tierra se estremece pues, bien se entreabre con el fin de dar paso al viento, bien, cuando le ha dado paso, se abate sobre la cavidad misma por la que lo dejó pasar, porque queda privada de cimientos. 4

Otros consideran lo siguiente: la tierra está perforada por muchos sitios y, no sólo tiene aquellos primitivos accesos que, desde el principio, recibió como respiraderos¹, sino que el azar puso a su disposición otros muchos. En unos sitios el agua arrastró toda la tierra que había en la superficie: en unos casos los torrentes cayeron encima; en otros, destrozados los lugares por inmensas mareas, quedaron al descubierto. Por esas hendiduras penetra el aire. Si el mar lo encerró en su seno y lo empujó a bastante profundidad, y el oleaje no le ha permitido retroceder, entonces, al cerrársele la salida y la retirada, da vueltas sobre sí mismo y, como no puede avanzar en línea recta, cosa que es en él natural, se esfuerza por alcanzar las alturas y azota la tierra que le oprime. 15

¹ *Aetna* 132.

- 16 Etiamnunc dicendum est quod plerisque auctoribus placet et in quod fortasse fiet discessio. Non esse terram sine spiritu palam est, non tantum illo dico quo se tenet ac partes sui iungit, qui inest etiam saxis mortuisque corporibus, sed illo dico uitali et uegeto et alente omnia. Hunc nisi haberet, quomodo tot arbustis spiritum infunderet non aliunde uiuentibus et tot satis? quemadmodum tam diuersas radices aliter atque aliter in se mersas foueret, quasdam summa receptas parte, quasdam altius tractas, nisi multum haberet animae tam multa tam uaria generantis et haustu atque alimento sui educantis?
- 2 Leuibus adhuc argumentis ago. Totum hoc caelum, quod igneus aether, mundi summa pars, claudit, omnes hae stellae, quarum iniri non potest numerus, omnis hic caelestium coctus, ut alia praeteream, hic tam prope a nobis agens cursum sol omni terrarum ambitu non semel maior, alimentum ex terreno trahunt et inter se partiuntur nec ullo alio scilicet quam halitu terrarum sustinentur; hoc illis alimentum, hic pastus est.
- 3 Non posset autem tam multa tantoque se ipsa maiora nutrire, nisi plena esset animae, quam per diem ac noctem ab omnibus partibus sui fundit. Fieri enim non potest ut non multum illi supersit ex qua tantum petitur ac sumitur. Et ad tempus quidem quod exeat nascitur, — nec enim esset perennis illi copia

- 16 1.1 etiam-: nam L · dicendum: dandum N¹ · plerisque: plurisque Q pluribus Nα · 2 quod: quo NQJBV · discessio ZN: discensio β dis-sensio *cell.* · 5 hunc: haec HZ hoc LQJ · 7 satis: saxis N · tam: tot N *om.* DC · aliter atque aliter: aleret α · 8 receptas: recepta DC · parte: partes N · 10 sui: suo Zβ *om.* L · 2.2 hae *om.* DC¹ · 3 iniri: inueniri QJV²β · coctus: c. et AB c. etiam V · 4 prope: procul *Jonas Gercke* · 5 alimentum: alimenta PL alimento P² · ex terreno: externo P¹ externa P² ex terra L · 6 partiuntur: potiuntur N · 7 illis: illud L · 3.1 autem *om.* α · tantoque: tantumque C tantaque et α · 3 sui: suis N · fieri: si L · 4 petitur: patitur AB · quidem *om.* α

Y todavía hay que decir lo que muchos autores admiten y **16**
que quizá obtendrá muchos votos. Es claro que la existencia de
la tierra está vinculada a la del aire, y me refiero no sólo al
aire, al que debe su cohesión y la unión entre sus componentes
—éste está encerrado hasta en las piedras y los cuerpos muer-
tos—¹, sino que me refiero al que da vida, fuerza y sustento a
todo. Si no lo tuviera, ¿de qué modo infundiría su soplo a
tantos árboles, que no se mantienen vivos por otra causa, y a
tanta vegetación? ¿De qué manera fomentaría raíces tan dis-
tintas, hundidas en su seno de distintos modos (unas agarra-
das a la superficie, otras absorbidas más al fondo), si no tuviera
suficiente energía capaz de engendrar especies tan numerosas
y variadas y de alimentarlas si lo aspiran y se nutren de él?
Todavía estoy utilizando argumentos de poco peso. Este cielo **2**
entero al que circunda el éter siempre en llamas y zona la más
elevada del universo; todas estas estrellas, cuyo número no
puede calcularse; toda esa conjunción de cuerpos celestes;
por prescindir de otras cosas, este sol que describe su órbita
tan cercana a nosotros, de un volumen superior al doble del
conjunto de las tierras, todos sacan el alimento de la tierra,
se lo reparten entre sí y, como es sabido, no se mantienen de
nada más que de los efluvios de la tierra. Éste es su alimento,
éste es su pasto. Y no podría nutrir a tantos cuerpos, muchos **3**
mayores que ella misma, si no estuviera llena de energía que
exhala día y noche por todas sus partes. En efecto, es imposible
que no le sobren cantidades de las materias que se le exigen
y se toman de ella. Es cierto que lo que sale nace de momento.
En efecto, no tendría reservas constantes de aire —destinado

¹ Explícita negación de la existencia del vacío.

suffecturi in tot caelestia spiritus, nisi inuicem ista *recurrerent* et in aliud alia soluerentur, — sed tamen necesse est abundet
 4 ac plena sit et ex condito proferat. Non est ergo dubium quin multum spiritus intus lateat et caeca sub terra spatia aer latus obtineat. Quod si uerum est, necesse est id saepe moueatur quod re mobilissima plenum est; numquid enim dubium esse cuiquam potest quin nihil sit tam inquietum quam aer, tam uersabile et agitatione gaudens?

17 Sequitur ergo ut naturam suam exerccat et quod semper moueri uult aliquando et alia moueat. Id quando fit? Quando illi cursus interdictus est. Nam, quamdiu non impeditur, it placide; cum offenditur et retinetur, insanit et moras suas abripit, non aliter quam ille «pontem indignatus Araxes».
 2 Quamdiu illi facilis et liber est alueus, primas quasque aquas explicat; ubi saxa manu uel casu illata repressere uenientem, tunc impetum mora quaerit et, quo plura opposita sunt, plus inuenit uirium. Omnis enim illa unda quae a tergo superuenit et in se crescit, cum onus suum sustinere non potuit, uim ruina parat et prona cum ipsis quae obiacebant fugit. Idem spiritu

17.1.5 VERG., *Aen.* 8, 728

3.6 *recurrerent Reinhardt: excurrerent codd. excuterent Alex.* · 4.2 intus: inter PL · 5 sit *om.* QJ · quam: ut N · 6 agitatione: uagatione β
 17 1.2 alia *om.* L · 3 illi *om.* AV · impeditur: impediatur N impenditur QJ¹ · it: id JM iam PLNQ itur D fluit α · 5 abripit: abrumpit Lα · pontem: potest QJ¹W poeta M · 2.1 est: sit Z · quasque *om.* L · 2 illata repressere E: in latere pressere *cell.* · 3 quaerit: premit α · 4 illa *om.* α · 5 suum *om.* L · uim: inde L uiam *Hosius* · 6 parat: paratur L

a aprovisionar tantos cuerpos celestes— si éstos a su vez no lo devolvieran y, cada uno por disgregación, no se transformara en otra cosa ¹. Y, con todo, es lógico que haya abundancia de aire, que esté llena de él y lo saque de su interior. No existe por tanto duda de que dentro hay mucho aire oculto y de que la masa de aire ocupa extensos espacios invisibles bajo tierra. Y si esto es verdad, es lógico que todo lo que está lleno del elemento más móvil sufra conmociones con frecuencia. En efecto, ¿acaso alguien puede tener dudas sobre si hay algo tan inquieto como el aire, tan variable y satisfecho de su movilidad? Se deduce, por tanto, que pone en juego su naturaleza y, como siempre tiende a moverse ², algunas veces mueve también otros objetos. ¿Cuándo sucede esto? Cuando se le impide el paso. Pues, mientras no se le obstaculiza, marcha sosegadamente; cuando sufre un tropiezo y encuentra trabas, enloquece y echa abajo los obstáculos de modo no diferente a aquel

Araxes indignado por el puente.

Mientras tiene un cauce expedito y libre, despliega ordenadamente sus aguas; cuando en su marcha lo retienen piedras colocadas por mano del hombre o por el azar, entonces el obstáculo provoca un impulso y, cuantos más obstáculos se le oponen, más fuerzas encuentra en sí mismo. En efecto, todo el agua que sin cesar llega por detrás y aumenta el volumen, cuando no puede soportar ya su propio peso, adquiere fuerzas con la caída y escapa, arrastrando en su caída los objetos mismos que le cortaban el paso. Lo mismo sucede con el aire que,

¹ Cic., *Nat. deor.* 2, 117 y PLIN. 2, 103 exponen con mayor minuciosidad el constante intercambio de elementos, entre los cuales el *aer* desempeña un papel fundamental. Todo ello está muy de acuerdo con la cosmología de los estoicos.

² Cf. V 5, 2.

fit, qui, quo ualentior agiliorque est, citius eripitur et uehementius saeptum omne disturbat; ex quo motus fit, scilicet
 3 eius partis sub qua pugnatum est. Quod dicitur uerum esse et illo probatur. Saepe, cum terrae motus fuit, si modo pars eius aliqua disrupta est, inde uentus per multos dies fluxit, ut traditur factum eo motu quo Chalcis laborauit; quod apud Asclepiodotum inuenies, auditorem Posidonii, in his ipsis quaestionum naturalium causis. Inuenies et apud alios auctores hiasse uno loco terram et inde non exiguo tempore spirasse uentum, qui scilicet illud iter ipse sibi fecerat per quod ferebatur.

18 Maxima ergo causa est propter quam terra moueatur spiritus natura citus et locum e loco mutans. Hic, quamdiu non impellitur et in uacanti spatio latet, iacet innoxius nec circum-

2.7 quo: q. sit N · 8 saeptum: saeptus β ineptum Q · 9 eius om. Z · 3.1 esse: est β · 2 et: ex CMW et ex D · 3 inde: in QJ¹ · 4 factum: factus L · eo: eo terrae BV · quod: om. HPLQJDCM id Gercke · 6 quaestionum del. Gertz Müller · causis: cauernis N · 8 ipse om. LNV

18 1.2 e: est QJ¹ · Hic: hinc AV · 3 impellitur om. L · latet: late Z

como es más potente y movable, se ve arrastrado con mayor rapidez y destroza todo lo que le cerca con mayor violencia. De ahí procede naturalmente la conmoción de la zona bajo la cual se ha entablado la lucha ¹. Que es verdad lo dicho se prueba 3 con lo siguiente: muchas veces, cuando ha habido un terremoto, con sólo que quede desgarrada una zona de la tierra, el viento fluye de allí durante muchos días, según se cuenta que sucedió con el movimiento sísmico que padeció Calcis ². Lo encontrarás en Asclepiodoto, discípulo de Posidonio, cuando trata de las causas de los fenómenos de la naturaleza. Encontrarás también en otros autores que la tierra se ha agrietado por un punto y que por allí, durante no poco tiempo, ha salido la corriente de aire que como se sabe se había abierto ese camino por sí misma y se desplazaba por él.

Por tanto, la causa fundamental que provoca los movi- 18 mientos de tierra es el aire, móvil por naturaleza, en sus desplazamientos de un lugar a otro ³. Éste, mientras no recibe un impulso y está oculto en un espacio capaz, es inofensivo

¹ *Aetna* 375 ss.

² STRAB. 1, 3, 16 (c. 58) atribuye a Posidonio la descripción de un terremoto que afectó una zona que comprendía desde Sidón a la isla de Eubea, pasando por Siria. El dato referente a Calcis es distinto, ya que menciona la desaparición de la fuente de Aretusa y su brote en otro lugar.

³ Séneca parece aceptar la posibilidad de que sean otros los elementos que directamente provocan los terremotos, si se admite que el agente desencadenante es el *aer*, o viceversa. Es decir, el *aer* desempeña siempre una función básica o decisiva en la mayoría de las teorías expuestas si exceptuamos la de Tales —VI 6, 1—, la expuesta a comienzos del c. 7, que es precisada en 7, 6, en un sentido favorable a la intervención del *aer*, y la de Anaxágoras —c. 10—, a la que introduce adiciones: *aut umor resolverit, aut ignis exederit, aut spiritus uiolentia excusserit*, que no parecen guardar relación con el centro de la teoría.

2 iectis molestus est; ubi illum extrinsecus superueniens causa
sollicitat compellitque et in artum agit, si licet adhuc, cedit tan-
tum et uagatur; ubi erepta discedendi facultas est et undique
obsistitur, tunc

magno cum murmure montis
Circum claustra

fremet, quae diu pulsata conuellit ac iactat eo acrior quo cum
3 mora ualentiore luctatus est. Deinde, cum circa perlustrauit
omne quo tenebatur nec potuit euadere, inde, quo maxime
impactus est, resilit et aut per occulta diuiditur ipso terrae
motu raritate facta, aut per nouum uulnus emicuit; ita eius
non potest uis tanta cohiberi nec uentum tenet ulla compages.
Soluit enim quodcumque uinculum et onus omne fert secum
infususque per minima laxamentum sibi parat et indomita
naturae potentia liberat(ur), utique cum concitatus sibi ius
4 suum uindicat. Spiritus uero inuicta res est; nihil erit quod

Luctantes uentos tempestatesque sonoras
Imperio premat ac uinclis et carcere frenet.

5 Sine dubio poetae hunc uoluerunt uideri carcerem in quo sub

2.5 VERG., *Aen.* 1, 55 s.

4.2 VERG., *Aen.* 1, 53 s.

2.2 et *om.* L · artum: altum Z · si licet: scilicet PLQJαCM · cedit:
edit L · tantum: terra N · 3 erepta: ereptas QJ erecta W¹M exempta α ·
7 fremet: fremunt *Verg. codd.* · 3.4 uulnus: uultus N¹ · 6 enim *om.* QJ¹ ·
7 per *om.* L · laxamentum *om.* D · sibi parat *Pinc. Gercke*: superatus β su-
perat *cell.* · et *om.* β · 8 naturae: ne QJ¹ · liberatur *Alex.*: liberat N
liberat est *cell.* · 4.1 uero *om.* α · 5.1 carcerem: catonem DC¹ carnonem
uel carcerem MW

y no afecta a lo que le rodea. Cuando la aparición de una
 causa externa ¹ lo perturba, lo empuja y arrincona, si todavía
 le es posible se limita a ceder terreno y a vagabundear; cuando
 se le quita la posibilidad de retirarse y encuentra resistencia
 por todos los sitios, entonces ruge

con gran estrépito del monte
 describiendo círculos en su encierro,

al que, después de embestir largo tiempo, zarandea con más
 intensidad cuanto más potente es el obstáculo con el que ha
 luchado. Después, cuando ha hecho un recorrido total del
 lugar donde estaba encerrado y no ha podido escapar, rebota
 allí donde con más fuerza ha chocado y o bien se distribuye
 en zonas ocultas, formadas como consecuencia del agrieta-
 miento producido por el terremoto, o brota por una nueva
 herida. Así su enorme fuerza no puede ser contenida y ninguna
 traba retiene al viento. En efecto, hace desaparecer todo traba-
 zón y arrastra tras de sí cualquier masa y, filtrándose por lu-
 gares increíblemente estrechos, se procura una posibilidad de
 expansión y se libera gracias a su naturaleza potente e indo-
 mable, especialmente cuando al ser provocado hace prevalecer
 sus derechos. El aire realmente es algo invencible. No habrá
 nada que

pueda doblegar con su poder a los vientos en lucha y las
 sonoras tempestades, y pueda frenarlos con cadenas y cárcel.

Sin duda los poetas quisieron que pareciera una cárcel el

¹ El carácter móvil por naturaleza del *aer* no excluye la necesidad, como se ve, de hacer intervenir un factor externo. Séneca en V 1, 2 ha distinguido con toda precisión entre *immouilis* y *quietus*, base de todos los razonamientos posteriores.

terra clausi laterent; sed hoc non intellexerunt nec id quod
 clausum est esse adhuc uentum, nec id quod uentus est posse
 iam claudi. Nam quod in clauso est quiescit et aeris statio est;
 6 omnis in fuga uentus est. Etiamnunc et illud accedit his argu-
 mentis per quod appareat motum effici spiritu, quod corpora
 quoque nostra non aliter tremunt quam si spiritum aliqua
 causa perturbat, cum timore contractus est, cum senectute
 languescit et uenis torpentibus marcet, cum frigore inhibetur
 7 aut sub accessionem cursu suo deicitur. Nam, quamdiu sine
 iniuria perfluit et ex more procedit, nullus est tremor corpori;
 cum aliquid occurrit quod inhibeat eius officium, tunc parum
 potens in perferendis his quae suo uigore tendebat, deficiens
 concutit quicquid integer tulerat.

19 Metrodorum Chium, quia necesse est, audiamus quod
 uult sententiae loco dicentem. Non enim permitto mihi ne eas
 quidem opiniones praeterire quas improbo, cum satius sit
 omnium copiam fieri et quae improbamus damnare potius
 2 quam praeterire. Quid ergo dicit? Quomodo, cum in dolio
 cantatur uox, illa per totum cum quadam discussione percurrit
 ac resonat et tam leuiter mota tamen circumit non sine tactu
 eius tumultuque quo inclusa est, sic speluncarum sub terra pen-
 dentium uastitas habet aera suum, quem, simul alius superne

5.3 adhuc: ad hunc N *om.* α · 4 iam *om.* α · 5 uentus: motus QJ¹ · 6.1 Etiam-
 nunc: etiam eicit PL · et *om.* β · accedit: accidit HZLNQJ¹β · 2 per: et
 L · effici spiritu Z: efficit spiritus *cett.* · quod: quo α · 4 perturbat:
 perturbet A²BV · disturbet A¹ · 6 accessionem: accessione LNQAVW²DM ·
 7.1 quamdiu: quanta ui QJ¹ · 4 his — deficiens *om.* M · tendebat: tende-
 bant PL · 5 concutit: concitat N

19 1.1 Metrodorum: M. autem α · quia *om.* Haase · 3 satius: satis HNW¹
 C¹M · 2.1 in: etiam P · 2 cantatur *Salm. Alex.*: cantus β · cantantis *cett.*
 cantat quis *Madv.* · uox: u. uibrat *Oltr.* · 3 tamen *om.* BV · circumit:
 circuit NLAVβ · 5 simul: similis QJ

lugar en que están ocultos, encerrados bajo tierra; pero no entendieron esto: lo que está encerrado no es viento todavía, y no puede encerrarse lo que ya es viento ¹. Pues lo que está encerrado está en reposo y la situación de inmovilidad es propia del aire. Todo viento está en constante fuga. Todavía más, se une a estas argumentaciones lo siguiente —gracias a ello queda claro que los movimientos sísmicos están provocados por corrientes de aire—: nuestros cuerpos no dan la sensación de temblar más que cuando una causa cualquiera perturba el aire que contienen, bien porque éste se contraiga por el temor, bien porque languidezca debido a la vejez, bien porque se paralice por el frío, bien porque en un acceso de fiebre se le prive del curso que le es propio. Pues mientras fluye normalmente y avanza como de costumbre, el cuerpo no tiene temblores; cuando se opone algo que paraliza su funcionamiento, incapaz de llevar a cabo lo que pretendía en pleno vigor, falla y sacude lo que había soportado mientras se mantuvo intacto. 6 7

Escuchemos a Metrodoro de Quíos, es lógico, cómo expresa su opinión. En efecto, no me permito siquiera silenciar las opiniones que rechazo, puesto que hacer acopio de todas, y condenar las que rechazamos es preferible a silenciarlas. Pues ¿qué dice? Al igual que cuando se canta en un tonel la voz lo recorre por entero provocando vibración y resonancia y, aun emitiéndola débilmente, va de un extremo a otro sin dejar de rozar y alborotar el lugar donde está encerrada, así la inmensidad de las cavernas que cuelgan bajo tierra contiene su propio aire; aire que pone en movimiento en el mo- 19 2

¹ Es normal la tendencia a conceder a las imágenes poéticas un significado y alcance científico inexistentes.

incidens percussit, agit, non aliter quam illa de quibus paulo ante rettuli inania indito clamore sonuerunt.

20 Veniamus nunc ad eos qui omnia ista quae rettuli in causa esse dixerunt aut ex his plura. Democritus plura putat. Ait enim motum aliquando spiritu fieri, aliquando aqua, aliquando utroque, et id hoc modo prosequitur. Aliqua pars terrae concaua est; in hanc aquae magna uis confluit. Ex hac est aliquid tenue et ceteris liquidius. Hoc, cum superueniente grauitate reiectum est, illiditur terris et illas mouet, nec enim fluctuari
2 potest sine motu eius in quod impingitur. Etiam nunc, quomodo de spiritu dicebamus, de aqua quoque dicendum est. Vbi in unum locum congesta est et capere se desiit, aliquo incumbit et primo uiam pondere aperit, deinde impetu; nec enim exire nisi per deuexum potest diu inclusa, nec in directum cadere moderate aut sine concussionem eorum per quae uel in
3 quae cadit. Si uero, cum iam rapi coepit, aliquo loco substitit et illa uis fluminis in se reuoluta est, in continentem terram repellitur et illam, qua parte maxime pendet, exagitat. Praeterea aliquando madefacta tellus liquore penitus accepto altius sedit et fundus ipse uitiatur; tunc ea pars premitur in quam

20 1.2 dixerunt — 3 enim: dixerunt. De his plura Democritus ait. Dicit enim α · plura — plura: plura. ait putat Democritus plura enim Q · plura: pl. putant J · 4 utroque: utraque PL u. causa L · prosequitur: prosequar QJ¹ · Aliqua: alia QJ¹ · 5 aliquid: aliquod N · 6 Hoc: huc HZPLNQ JV · 7 reiectum: eiectum QJ reiectus L rectum α · 2.2 quoque om. V · dicendum: d. nunc L · 3 congesta: coniecta Nβ · 4 deinde: demum N · nec: non L · 6 moderate: moderare Q · 3.1 iam om. QJ¹ · loco om. L · 2 continentem: concurrentem PLα · 3 et illam, qua parte maxime: ut illam quae parte maxima L et illa (illam J) quae maxime QJ · 5 sedit: sedet α · quam: qua PLQJWM

mento que otra masa, incidiendo desde arriba, lo sacude, al igual que resonaron aquellos espacios vacíos de los que antes hablé ¹, al introducirse un sonido.

Pasemos ahora a los que dijeron que todos los elementos **20**
de que he hablado se encuentran entre las causas, o muchos de ellos. Demócrito cree que son muchos. En efecto dice que los movimientos sísmicos unas veces están provocados por el aire, otras por el agua, otras por uno y otra, y continúa de esta manera: Una parte de la tierra es cóncava, a ella confluye una gran masa de agua; parte de esa masa es más ligera y fluida que el resto. Esta parte, cuando ha sido desplazada al caer un objeto pesado, choca con la tierra y la mueve; pues no puede haber oscilación sin que se mueva el elemento con el que se choca. Y todavía más, lo mismo que decíamos del **2**
aire, hay que decirlo del agua. Cuando se ha acumulado en un lugar y ya no cabe, ejerce presión sobre un punto, se abre camino primero con su peso, después con su impulso. En efecto, no puede salir, después de estar encerrada mucho tiempo, si no es por una pendiente, y no puede caer poco a poco en vertical sin golpear los objetos a través de los que, o sobre los que cae. Y si una vez que ha adquirido rapidez se detiene en algún **3**
lugar, y el caudal del río se repliega sobre sí mismo, es lanzado contra la tierra que lo delimita y la remueve por allí por donde es mayor la pendiente. Además, algunas veces la tierra, empapada profundamente por la humedad, se va depositando en las partes más bajas, e incluso el fondo se descompone. Entonces, la parte sobre la que especialmente incide el peso de

¹ No es claro el símil en la exposición, por cuanto Séneca hace contradecirse a Metrodoro: el *dolium* es calificado más abajo como *inane*, mientras que los espacios internos de la tierra *habent aera suum*.

4 maxime aquarum uergentium pondus inclinat. Spiritus uero nonnumquam impellit undas et, si uehementius institit, eam scilicet partem terrae mouet in quam coactas aquas intulit; nonnumquam in terrena itinera coniectus et exitum quaerens mouet omnia. Terra autem penetrabilis uentis est et spiritus subtilior est quam ut possit excludi, uehementior quam ut sustineri concitatus ac rapidus.

5 Omnes istas esse posse causas Epicurus ait pluresque alias temptat et illos qui aliquid unum ex istis esse affirmauerunt corripit, cum sit arduum de his quae coniectura assequenda
6 sunt aliquid certi promittere. Ergo, ut ait, potest terram mouere aqua, si partes aliquas eluit et adrosit, quibus desiit posse extenuatis sustineri quod integris ferebatur. Potest terram mouere impressio spiritus; fortasse enim aer extrinsecus alio intrante aere agitur, fortasse aliqua parte subito decidente percutitur et inde motum capit. Fortasse aliqua pars terrae uelut columnis quibusdam ac pilis sustinetur, quibus uitiat
7 ac recedentibus tremit pondus impositum. Fortasse calida uis spiritus in ignem uersa et fulmini similis cum magna strage obstantium fertur. Fortasse palustres et iacentes aquas aliquis flatus impellit et inde aut ictus terram quatit aut spiritus agitatio ipso motu crescens et se incitans ab imo in summa usque

3.6 uergentium: ingentium QJ¹ · 4.2 impellit — 4 nonnumquam *om.* W¹M ·
5 omnia: o. et HPQJβ · 6 ut¹ *om.* L · excludi: c. et α · ut² *om.* LV ·
7 rapidus: rabidus Z · 5.2 illos *Usen. Gercke: alios codd.* · 3 assequenda *Kroll Gercke: sequenda codd.* · 6.2 adrosit: arrosit α abrasit β · 3 integris ferebatur: integra ferebat AV · ferebatur: ad sustinendum sat erat B · 4 ac: a. et HZPLNQJβ · aere *om.* PL · 6 inde: tamen β · motum: in notum N in totum L · 8 tremit: tremet D · 7.2 et: *om.* α atque N · similis: simul N · strage — VII 21.3.4 Claudiano *post* I 5.14.2 reddunt N *fort. male sutus* · 4 terram: terrarum H tera M · 5 et: et in LQJ

las aguas que caen, sufre una presión. En cuanto al aire, algunas veces impulsa las aguas, y si arrecia la violencia, conmueve, como es natural, la parte de la tierra sobre la que ha lanzado las aguas acumuladas; otras veces, al introducirse por caminos subterráneos y buscar una salida, hace que todo se estremezca. Por otro lado, la tierra es permeable a los vientos, y el aire es tan sutil que no puede ser excluido, y tan violento que, cuando ha desencadenado su ataque, nada le puede hacer frente. Epicuro dice que todas estas causas pueden existir y ofrece otras muchas. Ataca a los que han afirmado que sólo existe una de ellas, puesto que es arriesgado dar soluciones seguras sobre materias que hay que dilucidar por conjetura. Por tanto, como dice, el agua puede mover la tierra si limpia y erosiona algunas zonas que, al desgastarse, terminan por no poder sostener la carga que soportaban mientras estaban intactas. Puede mover la tierra la presión del aire. En efecto quizá la masa de aire se agita debido a otra masa de aire que viene de fuera; quizá sufre un impacto al desprenderse de repente una masa de tierra y de ahí procede la conmoción; quizá una zona de la tierra está sostenida como por una especie de columnas y pilares y, al descomponerse y ceder, tiembla la carga que llevan encima. Quizá un soplo caliente se convierte en fuego y, semejante al rayo, se desplaza causando destrozos en los obstáculos interpuestos. Quizá un soplo de aire impulsa las aguas pantanosas y en reposo, después, ese impacto sacude la tierra, o bien la agitación del aire que se acrecienta e intensifica con el propio movimiento, se transmite desde las

perfertur. Nullam tamen illi placet causam motus esse maiorem quam spiritum.

21 Nobis quoque placet hunc spiritum esse qui possit tanta conari, quo nihil est in rerum natura potentius, nihil acrius, sine quo ne illa quidem quae uehementissima sunt ualent. Ignem spiritus concitat. Aquae, si uentum detrahas, inertes sunt; tunc demum impetum sumunt, cum illas agit flatus. Et potest dissipare magna terrarum spatia et nouos montes subiectus extollere et insulas non ante uisas in medio mari ponere. Theren et Therasiam et hanc nostrae aetatis insulam spectantibus nobis in Aegaeo mari natam quis dubitat quin in lucem spiritus uexerit?

2 Duo genera sunt, ut Posidonio placet, quibus mouetur terra. Vtrique nomen est proprium. Altera succussio est, cum terra quatitur et sursum ac deorsum mouetur; altera inclinatio, qua in latera nutat alternis nauigii more. Ego et tertium illud

7.6 causam — 21.1.1 placet *om.* α · maiorem *om.* β

21 1.2 nihil acrius: ui aeris AB · 5 demum: deinde L · agit: agat D ager QJ¹ · 6 montes: fontes L · 7 subiectus: subiectos Hα subtus W¹C¹M · 8 Therasiam Z: *u. l. cett.* · et² *om.* DCM *Fortun. Gercke* · et hanc *om.* α · 9 natam: natura Q · 2.1 sunt *om.* L · placet: pl. terra motus sunt L · 2 Vtrique: utriusque DCM utrimque W¹ · 3 inclinatio: i. altera QJ · 4 in latera LE: in altera HZPNQJβ ui altera C² in alterum α · alternis ZL: alterni HPNQJ in alterum α *om.* β

profundidades hasta la superficie. Sin embargo, mantiene que no existe causa de terremotos más importante que el aire.

También nosotros mantenemos que es el aire en movimiento el que puede emprender tamañas empresas. Nada hay en la naturaleza más poderoso que él, nada más activo, sin él ni siquiera tienen fuerza los elementos más violentos. El aire atiza el fuego. Las aguas, si prescindes del viento, quedan en reposo¹; toman impulso al fin cuando las empuja un soplo de aire. También puede dispersar grandes extensiones de tierra y levantar desde abajo nuevas montañas y colocar islas, antes no vistas, en medio del mar. Tera, Terasia² y esa isla de nuestra época, surgida en el mar Egeo, ante nuestras miradas, ¿quién duda de que el aire las haya hecho salir a la luz? Hay dos tipos de terremotos, según mantiene Posidonio³, que mueven la tierra. Uno y otro tienen su nombre. El uno «convulsión»: cuando la tierra acusa los golpes moviéndose de arriba abajo y de abajo arriba; el otro «inclinación»: con éste la tierra oscila alternativamente hacia los lados, como los navíos. Yo todavía considero un tercero que se designa con

¹ No creo que haya que ver aquí una contradicción con el pasaje V 5, 2: *cum aqua motum suum habeat etiam uentis quiescentibus*. Efectivamente, la diferencia entre *immouilis* y *quietus* de V 1, 2, es aplicable por analogía al agua. De ahí la traducción «en reposo».

² Sobre Tera y Terasia habla STRAB. 1, 3, 16 (c. 57) y PLIN. 4, 70. En cuanto a la tercera, puede identificarse con *Thia*, mencionada en PLIN. 2, 202 y que surgió bajo el consulado de Valerio Asiático en el 46. Ahora bien, Mela cita la isla en 2, 111; como la obra de Mela se terminó en el 44, tuvo que aparecer antes. Se dice que en el 19, bajo el consulado de *M. I. Silanus* y *L. N. Balbus* —así R.E.—. Beaujeu en el comentario a Plinio decide a favor del año 46.

³ Cf. *De mundo* 4; ARIST., *Meteor.* 366b, 15, y por analogía con lo que sucede en el cuerpo humano, distingue τρόμος y σφυγμός, pero de modo más bien descriptivo. Respecto a la versión de Posidonio ofrecida por DIOG. LAERT. 7, 154, véase más bien la exposición de Séneca en VI 4, 1.

existimo quod nostro uocabulo signatum est. Non enim sine causa tremorem terrae dixere maiores, qui utrique dissimilis est; nam nec succutiuntur tunc omnia nec inclinantur sed uibrantur, res minime in eiusmodi casu noxia. Sicut longe perniciosior est inclinatio concussione; nam, nisi celeriter ex altera parte properabit motus qui inclinata restituat, ruina necessario sequitur.

22 Cum dissimiles hi motus inter se sint, causae quoque eorum diuersae sunt. Prius ergo de motu quatiante dicamus. Si quando magna onera per uices uehiculorum plurium tracta sunt et rotae maiore nisu in salebras inciderunt, terram concuti senties. Asclepiodotus tradit: cum petra e latere montis abrupta cecidisset, aedificia uicina tremore collapsa sunt. Idem sub terris fieri potest ut ex his quae impendent rupibus aliqua resoluta magno pondere ac sono in subiacentem cauernam cadat, eo uehementius quo aut plus ponderis uenit aut altius; et sic commouetur omne tectum cauatae uallis. Nec tantum pondere suo abscindi saxa credibile est sed, cum flumina supra ferantur, assiduus umor commissuras lapidis extenuat et cotidie aliquid his ad quae religatus est aufert et illam, ut ita dicam, cutem qua continetur abradit. Deinde longa per aeuum deminutio usque eo infirmitat illa quae cotidie attriuit ut desinant esse oneri ferendo. Tunc saxa uasti ponderis decidunt; tunc

2.6 utrique *om.* Q · 9 concussione: concursione L succussione α · nisi *om.* α · 10 qui — 22.1.1 motus *om.* α

22 1.1 quoque eorum *Gronov. Gercke*: quoque Z eorum β quorum *cett.* · 3 plurium: plurimum L · 2.1 abrupta: abrupte Z abscisa L · 3 impendent: impendunt LQJ¹W² impenderunt β · 5 plus *om.* L · 6 commouetur: mouetur L · cauatae: cauae Z · 3.1 tantum: tamen HPLVM · 2 abscindi: abscindit α abscidi N abscondi DC¹ · 4 aliquid Z: *om. cett.* · ad quae: atque L · 5 cutem *om.* L · 6 attriuit: atterit α · 7 ferendo: ferundo Z f. idonea α

una palabra latina. En efecto, no sin razón nuestros antepasados le llamaron «temblor» de tierra. Es distinto a los dos anteriores, pues los objetos no sufren convulsiones ni oscilan, sino que vibran, cosa la menos peligrosa en estos casos. Asimismo es mucho más peligrosa la «inclinación» que la «convulsión», pues si no se produce rápidamente un movimiento en sentido contrario para compensar la inclinación, necesariamente sigue un derrumbamiento.

Como estos movimientos son diferentes entre sí, también 22
son distintas sus causas. Hablemos pues antes del movimiento
que produce convulsiones. Si alguna vez se arrastran grandes
pesos utilizando muchos vehículos en fila, y las ruedas, debido
al mayor esfuerzo, se hunden en el fango, advertirás que la
tierra sufre una convulsión¹. Cuenta Asclepiodoto: «al caer 2
una piedra desprendida de las laderas del monte, los edificios
contiguos se derrumbaron a causa del temblor». Lo mismo
puede suceder bajo tierra, que al soltarse alguna de las rocas
que penden, caigan pesada y ruidosamente sobre la cavidad
que hay debajo, con mayor violencia cuanto más peso tengan
o de más alto caigan. Y así se conmueve todo el techo del valle
excavado. Y es verosímil que las rocas se desprendan, no sólo 3
debido a su peso, sino que como los ríos se deslizan por encima,
la humedad constante desgasta las junturas de la piedra y,
día a día va quitando materia a los bloques a que está ligada
y, por así decirlo, araña la piel que la mantiene. Después,
el largo desgaste de siglos debilita los elementos que ha ido
minando diariamente, hasta que dejan de servir para sopor-
tar un peso. Entonces se desprenden rocas de gran masa; 4

¹ 2 Cf. LVCR. 6, 548 ss., SEN., *Ep.* 90, 9 y LVC. 3, 459 ss.

illa praecipitata rupes quicquid ab alto percussit non passura consistere,

⟨cum⟩ sonitu uenit, et ruere omnia uisa repente,
ut ait Vergilius noster.

23 Huius motus succutientis terras haec erit causa; ad alteram transeo. Rara terrae natura est multumque habens uacui; per has raritates spiritus fertur, qui, ubi maior influxit nec emit-
2 titur, concutit terram. Haec placet et aliis, ut paulo ante retuli, causa, si quid apud te profectura testium turba est. Hanc etiam Callisthenes probat, non contemptus uir; fuit enim illi nobile ingenium et furibundi regis impatiens. Hic est Alexandri crimen aeternum, quod nulla uirtus, nulla bellorum felicitas
3 redimet. Nam quotiens quis dixerit: «Occidit Persarum multa milia», opponetur ei «et Callisthenen»; quotiens dictum erit: «Occidit Darium, penes quem tum maximum regnum erat», opponetur ei «et Callisthenen»; quotiens dictum erit: «Omnia Oceano tenus uicit, ipsum quoque temptauit nouis classibus et imperium ex angulo Thraciae usque ad Orientis terminos protulit», dicetur: «Sed Callisthenen occidit». Omnia licet
4 fecit nihil tam magnum erit quam scelus. Hic Callisthenes in

4.3 VERG., *Aen.* 8, 525

4.2 ab alto percussit *ego*: ab illo percussit *codd.* mobilis rei percussit *Oltr.* absiluerat ab imo percussum *Alex.* · 3 cum *Verg. codd.*: *om. codd.*

23 1.1 succutientis: succidentis β · alteram: aliam B · 2.3 etiam: et L *om.* α ·
4 Hic: hoc β · 3.2 ei *om.* LQJβ · 3 regnum: regimen L · 4 et *om.* HZP
NQJA · 5 uicit: u. et NC · quoque *om.* N · 8 exempla *om.* P

entonces la piedra al caer, sin tolerar que continúe inmóvil lo que golpeó desde lo alto

llega con ruido y todo parece desplomarse de repente como dice nuestro Virgilio.

La causa del movimiento que sacude la tierra es ésa. Paso 23
a la otra. La naturaleza de la tierra es porosa, tiene muchos
huecos¹. Por esos poros se desplaza el aire: cuando la canti-
dad de aire introducido es mayor y no es expulsado, provoca
convulsiones en la tierra. Tal razonamiento lo mantienen 2
también otros, como te he dicho antes, si es que cuenta algo
para ti el número de testigos. También Calístenes le da su
aprobación, hombre no despreciable. En efecto, fue un espí-
ritu noble incapaz de soportar a su temperamental rey². Tal
es el baldón perpetuo de Alejandro, del que ningún mérito,
ninguna fortuna en la guerra lo redimirá. Pues siempre que 3
alguien diga: mató a muchos miles de personas, se le objetará:
y a Calístenes; siempre que se diga: mató a Darío, en cuyas
manos estaba el mayor de los imperios, se le objetará: y a Ca-
lístenes; siempre que se diga: venció a todos los pueblos más
acá del Océano, incluso lo desafió con nuevas flotas y extendió
su poder desde un rincón de Tracia hasta los límites de Orien-
te, se dirá: pero mató a Calístenes. Aunque haya sobrepasado
todos los antiguos modelos de generales y reyes, de todo lo que
hizo no habrá nada que supere este crimen. Este Calístenes 4

¹ Naturalmente que no puede confundirse el *uacuum* con *inane*, puesto que con el primero no se prejuzga la existencia o no de aire. No sucede lo mismo con *inane*. Sin embargo, parece contradecir la uniformidad en la utilización de ambos términos el pasaje 19, 2, de este mismo libro.

² Cf. DIOG. LAERT. 5, 5 y 44.

libris quibus describit quemadmodum Helice Burisque mersae sint, quis illas casus in mare uel in illas mare immiserit, dicit id quod in priore parte dictum est. Spiritus intrat terram per occulta foramina, quemadmodum ubique, ita et sub mari; deinde, cum obstructus ille est trames per quem descenderat, reditum autem illi a tergo resistens aqua abstulit, huc et illuc refertur et sibi ipse occurrens terram labefactat. Ideo frequentissime mari apposita uexantur et inde Neptuno haec assignata est maris mouendi potentia. Quisquis primas litteras didicit scit illum apud Homerum Ἐβοσίχθονα uocari.

24 Spiritum esse huius mali causam et ipse consentio. De illo disputabo quomodo intret hic spiritus, utrum per tenuia foramina nec oculis comprehensibilia an per maiora ac patentiora, et utrum ab imo an etiam per summa terrarum. Hoc incredibile est. Nam in nostris quoque corporibus cutis spiritum respuit nec est illi introitus nisi per quae trahitur, nec consistere quidem a nobis receptus potest nisi in laxiore corporis parte; non enim inter neruos pulpasue sed in uisceribus et patulo interioris partis recessu commoratur. Idem de terra suspicari

4.2 mersae: submersae α · 3 sint: sunt AVβ · quis: qui ZM · illas: illis LM illos DC · immiserit: inmersit J²β · 4 parte: p. iam Z · terram om. V · 5 et om. Z · sub: in L · 10 maris: terras Z · primas: primus W prius DCM · litteras: l. graecas β · 11 Homerum: horum HPLN eos α · Ἐβοσίχθονα *Fickert Gercke: u. l. codd.*

24 1.1 et: etiam N · illo: quo β · 3 comprehensibilia: incomprehensibilia α · an: aut N ac DC¹ · patentiora ZNC²: potentia L potentiora *cell.* · 4 an om. L · 2.2 in om. QJ · 3 illi: ulli Z · 4 laxiore: laxioris QJ · 5 pulpasue: culpasse L

en los libros en que describe de qué manera se hundieron Hélice y Buris, qué fenómeno las lanzó dentro del mar o lanzó el mar sobre ellas, dice lo que se ha dicho anteriormente¹. El aire penetra en la tierra por agujeros invisibles y, lo mismo que en todo lugar, así también bajo el mar. Después, cuando la senda por la que había descendido al interior está obstruida y el agua le impide la salida, haciendo presión por detrás se revuelve de aquí para allá y, chocando consigo mismo, hace vacilar la tierra. Por eso, con extraordinaria frecuencia son víctimas de la devastación las regiones situadas frente al mar, y de ahí que se atribuyese a Neptuno el poder de mover el mar. Todo el que aprendió las primeras letras sabe que en Homero se le llama Ἐνόχσιθον.

También yo estoy de acuerdo en que el aire es la causa 24
de esta catástrofe. Voy a discutir lo siguiente: cómo penetra
el aire, si por minúsculos agujeros no perceptibles a la vista
o por agujeros mayores y más visibles, y si desde las profun- 2
didades o también desde la superficie terrestre. Esto último
es inconcebible. Pues, incluso en nuestros cuerpos, la piel es-
cupe el aire y no tiene entrada si no es por los canales por
donde se desliza². Una vez ha penetrado en nosotros, no puede
fijarse más que en una parte del cuerpo de relativa amplitud.
En efecto, no se detiene entre los nervios y los músculos, sino 3
en las vísceras y en la extensa cavidad interior. Es lógico sos-

¹ Su desaparición es mencionada en múltiples autores: PLIN. 2, 206; STRAB. 1,3,18 (c. 59); OVID., *Metam.* 15,293-5. El año de desaparición es 373. Es Estrabón el que menciona las dos alternativas mencionadas por Séneca, atribuyendo la desaparición de cada una de las islas a una de ellas. Cf. cap. 15.

² Si relacionamos con 16, 3, veremos que lo inagotable de las reservas internas de aire, se sustenta, en parte, en la *palindromia*. Cf. 14, 3.

licet uel ex hoc quod motus non in summa terra circaue summam est sed subter et ab imo. Huius indicium est quod altitudinis profundae maria iactantur, motis scilicet his supra quae fusa sunt; ergo uerisimile est terram ex alto moueri et
 4 illic spiritum in cauernis ingentibus concipi. «Immo, inquit, ceu, cum frigore inhorruimus, tremor sequitur, sic terras quoque spiritus extrinsecus accidens quassat». Quod nullo modo potest fieri. Algere enim debet, ut idem illi accidat quod nobis, quos externa causa in horrorem agit. Accidere autem terrae simile quiddam nostrae affectioni, sed non ex simili causa concesserim. Illam interior et altior iniuria debet impellere. Cuius
 5 rei argumentum uel maximum hoc potest esse quod, cum uehementi motu adaperit ingenti ruina solum est, totas
 6 nonnumquam urbes et recipit hiatus ille et abscondit. Thucydides ait circa Peloponnesiaci belli tempus Atalanten insulam aut totam aut certe maxima ex parte suppressam. Idem Sidone accidisse Posidonio crede. Nec ad hoc testibus opus est; meminimus enim terris interno motu diuulsis loca disiecta et campos interisse. Quod iam dicam quemadmodum existimem fieri.

3.2 summam HZN: summa *cell.* · 3 subter: subtus L · 5 fusa *om.* α · 6 in: ex α · 4.2 ceu: quemadmodum Z *om.* QJ¹ · 3 extrinsecus: intrinsecus N · 4 idem *om.* QJ · illi *om.* N · 5 externa: extrema N · agit: cogit N · autem: enim QJ · 7 illam: i. enim L · et: uel N · impellere: mouere L · 6.2 tempus: temporis QJ · 3 maxima: maximam QJ¹ · parte: p. superfusam et α · suppressam: suppressa A *om.* V · 4 meminimus: m. in AV · 5 interno motu: intus motus Z

pechar lo mismo de la tierra, apoyándose incluso en que las convulsiones no se dan en la superficie de la tierra o en sus cercanías, sino abajo en las profundidades. Indicio de todo ello es que mares de enorme profundidad resultan zarandeados, como es sabido, por esos movimientos de la tierra sobre la que se extienden. Por consiguiente, es probable que los movimientos sísmicos procedan de las profundidades y que el aire se acumule allí, en enormes cavidades. «Más bien» dice 4
 «lo mismo que cuando nos quedamos ateridos de frío nos viene un temblor a continuación, así también el aire que incide desde fuera sobre la tierra, la sacude». Esto es absolutamente imposible. En efecto, tendría que estar aterida la tierra para que le sucediese lo mismo que a nosotros cuando un agente externo nos produce escalofríos. Que a la tierra le sucede algo semejante a esa reacción nuestra aún puedo admitírselo, pero no por causas semejantes. Una anomalía interior y profunda debe provocarlo. La argumentación de mayor peso 5
 a favor de esto, puede ser la siguiente: cuando el suelo, por efecto de un movimiento violento, se abre provocando un inmenso desplome, la quiebra a veces da cabida a ciudades enteras, las oculta. Tucídides dice que, por la época de la guerra del Peloponeso, la isla de Atalante entera, o por lo menos, en su mayor parte, desapareció. Si creemos a Posidonio, lo mismo sucedió en Sidón¹. Y no se necesitan testigos: En efecto, recordamos que, al desgarrarse la tierra por un movimiento interior, los lugares quedaron desconectados y desaparecieron llanuras enteras. Voy a decir ya cómo creo que sucede esto. 6

¹ THUCID. 3, 89, 3 y STRAB. 1, 3, 21 (c. 61) dicen que fue cubierta por el agua. Sobre el dato de Posidonio, véase STRAB. 1, 3, 15 (c. 58) y p. 104, n. 2 de este mismo libro.

25 Cum spiritus magna ui uacuum terrarum locum penitus
 oppleuit coepitque rixari et de exitu cogitare, latera ipsa inter
 quae latet saepius percutit, supra quae urbes interdum sitae
 sunt. Haec nonnumquam adeo concutiuntur ut aedificia super-
 posita procumbant, nonnumquam in tantum ut parietes qui-
 bus fertur omne tegimen caui decidant in illum subteruacan-
 tem locum totaeque urbes in immensam altitudinem uergant.
 2 Si uelis credere, aiunt aliquando Ossam Olympo cohaesisse,
 deinde terrarum motu recessisse et fissam unius magnitudi-
 nem montis in duas partes. Tunc effluxisse Peneon, qui paludes
 quibus laborabat Thessalia siccauit, abductis in se quae sine
 exitu stagnauerant aquis. Ladon flumen inter Elin et Mega-
 3 lenpolin medius est, quem terrarum motus effudit. Per haec
 quid probo? In laxos specus, — quid enim aliud appellem
 loca uacua? — sub terras spiritum conuenire; quod nisi esset,
 magna terrarum spatia commouerentur et una multa titu-
 barent. Nunc exiguae partes laborant nec umquam per du-
 centa milia motus extenditur. Ecce hic, qui impleuit fabulis
 4 orbem, non transcendit Campaniam. Quid dicam, cum Chalcis
 tremuit, Thebas stetisse? cum laborauit Aegium, tam pro-
 pinquas illi Patras de motu audisse? Illa uasta concussio quae
 duas suppressit urbes, Helicen et Burin, circa Aegium constitit.

25 1.1 ui: in L et α u. in β · 2 oppleuit: applicuit β impleuit α · coe-
 pitque: coepit PL · 3 interdum *om.* Q · 4 adeo: in tantum Z · 5 in tan-
 tum: interdum J *om.* Q · 6 fertur: fiat N¹ · tegimen: regimen A¹B β · 2.2
 deinde: d. a PL · fissam: fixam L scissam $\alpha\beta$ · 3 effluxisse *Fortun. Gercke*: ef-
 figisse C effugisse *cell.* · 4 Thessalia *om.* α · abductis: obductis AV ·
 6 medius: medium N · quem — effudit *om.* N · 3.2 specus: lacus Q · 3
 terras: terris NV terra WM · conuenire: meare conuenit α · nisi: si non AV
 non C¹ · 4 et una *om.* N · 6 milia: miliaria WDCM² · 4.2 Aegium *Pinc.*:
 EGINE *codd.* · 3 Patras AW²: patrias *cell.* · de motu: d. m. solum α d. m.
 nihil β · 4 circa: citra Z

Cuando una corriente de aire de considerable volumen ha ocupado totalmente un espacio hueco de la tierra, y empieza a debatirse en busca de salida, golpea con frecuencia las paredes que la aprisionan y sobre las que se asientan en ocasiones las ciudades. Estas paredes algunas veces sufren convulsiones de tal intensidad que echan por tierra los edificios colocados encima; otras veces las convulsiones alcanzan un grado que las paredes sobre las que descansa toda la techumbre del espacio hueco interior, caen sobre el espacio vacío que hay debajo y ciudades enteras se precipitan en las inmensas profundidades. Si quieres creerlo, dicen que, en un tiempo, el monte Osa formaba cuerpo con el Olimpo, que después un terremoto los separó y, al escindirse, del tamaño de un solo monte se formaron dos; que entonces escapó el Peneo, que desecó los pantanos que padecía Tesalia, arrastrando consigo las aguas que, por no tener salida, se habían estancado. Al río Ladón, que corre entre Elis y Megalópolis, le abrió paso un terremoto¹. ¿Qué pretendo probar con esto? Que el aire se acumula bajo tierra en amplias cavernas —pues ¿de qué otro modo puedo llamar a los espacios huecos?—; si no fuese así, se verían afectadas grandes extensiones de tierra y oscilarían muchas simultáneamente. Ahora bien, lo acusan zonas poco extensas y nunca el movimiento alcanza doscientas millas. Por ejemplo, el que ha llenado el orbe de leyendas, no pasó de Campania. Y ¿qué decir de que cuando tembló Calcis, Tebas permaneciese en pie? ¿Y de que cuando lo sufrió Egio, Patras tan cercana conociese el terremoto sólo de oídas? La amplia convulsión que suprimió dos ciudades: Hélice y Buris, se detuvo en las cercanías de Egio. Por consiguiente está claro que los

¹ V. HEROD. 7, 129 y STRAB. 9, 5, 2.

Apparet ergo in tantum spatium motum pertendere quantum illa sub terris uacantis loci inanitas pateat.

26 Poteram ad hoc probandum abuti auctoritate magnorum uirorum qui Aegyptum numquam tremuisse tradunt. Rationem autem huius rei hanc reddunt quod ex limo tota concreuerit. Tantum enim, si Homero fides est, aberat a continenti Pharos quantum nauis diurno cursu metiri plenis lata uelis potest. Sed continenti ammota est. Turbidus enim defluens Nilus multumque secum caeni trahens et id subinde apponens prioribus terris Aegyptum annuo incremento semper ultra tulit. Inde pinguis et limosi soli est nec ulla interualla in se habet, sed creuit in solidum arescente limo. Cuius pressa erat et sedens structura, cum partes glutinarentur; nec quicquam inane interuenire poterat, cum solido liquidum ac molle
2 semper accederet. Sed mouetur et Aegyptus et Delos, quam Vergilius stare iussit:

Immotamque coli dedit et contemnere uentos;

2.3 VERG., *Aen.* 3, 77

